



Der Bibliothek der
Vereinigten Friedrichs-Universität
Halle-Wittenberg
geschenkt von

Dr. Moldenhauer

1928





Ja,

Rep. 37

HIERONYMI FREYERI

PAED. REG. CLAVCH. INPS.

ORATORIA

IN

1/2 Braun

TABVLAS COMPENDIARIAS

REDACTA ET AD VSVM IUVEN-

TVTIS SCHOLASTICAE AC-

COMMODATA.



HALAE MAGDEBVRGICAE

SVMTIBVS ORPHANOTROPHEI

ANNO CIO IDCC XIX.

INSTITUTUM
TAB. RES. CLAVORUM
ORATORIA
IN
TABULAS COMPENDIARIAS
REDACTA ET AD USUM
TABULAE
COMPARATA



Ge 985 2

1928 G 285



CONSPECTVS ORATORIAE GENERALIS

DE

ORATORIAE

ORATORIAE

ORATORIAE

ORATORIAE

ORATORIAE

ORATORIAE

ORATORIAE

ORATORIAE

ORATORIAE

ORATORIAE

ORATORIAE

ORATORIAE

ORATORIAE

ORATORIAE

ORATORIAE





CONSPECTVS ORATORIAE GENERALIS.

Duo hic praecipue consideranda sunt: definitio oratoriae, eiusdemque diuisio.

I. DEFINITIO. Oratoria est facultas bene, ornate et copiose dicendi.

Obs. Tria potissimum sunt, quae in hac definitione innuuntur: sermonis puritas, elegantia et copia; ita tamen, ut neque perspicuitas neque dignitas ab his excludatur. Conf. infra Part. 1. c. 3. sect. 2.

2. DIVISIO. Oratoria in tres partes potest diuidi. Ex his est

1) *Propaedeutica*: quae in facilioribus quibusdam stili praexercitamentis seu varia periodi consideratione versatur, animosque pueriles ad praecipua eloquentiae facilius percipiendae praeparat. Consideratur enim hic periodi

(1) *Constitutio*: definitionem eius, fundamentum et genera complectens c. 1.

(2) *Compositio*: adiectionem, variationem grammaticam et amplificationem complectens c. 2.

(3) *Distinctio*: fundamentum et normam distinguendi complectens c. 3.

(4) *Transformatio*: resolutionem, imitationem, interpretationem ac permutationem periodi complectens c. 4.

2) *Dogmatica*: quae praecipua eloquentiae tradit ad aptam rerum dicendarum excogitationem, collocationem, exornationem ac pronuntiationem. Vnde consideratur hic

(1) *Inuentio*: cuius obiectum, fontes et modus ostenduntur c. 1.

(2) *Dispositio*: cuius modi praecipui vocantur chria, antecedens et consequens, thesis et hypothesis, syllogismus oratorius, et oratio c. 2.

(3) *Elocutio*: cuius genera, requisita et adminicula explicantur c. 3.

(4) *Actio*: quae memoriam, vocem ac gestum instruit c. 4.

3) *Practica*: quae praexercitamenta stili et reliqua eloquentiae praecipua ad ipsum usum transfert. Est autem eloquentiae usus

(1) *Scholasticus*: ad quem declamationes, adlocutiones, orationes solennes, programmata, praelectiones, disputationes ac prolusiones potissimum referuntur c. 1.

(2) *Politicus*: ad quem sermones aulici, ciuiles, militares ac forenses referuntur c. 2.

(3) *Ecclesiasticus*: ad quem conciones sacrae et alii sermones theologici referuntur c. 3.

(4) *Communis*: ad quem epistolae, parentationes, panegyrici, curricula vitae, inscriptiones et carmina referuntur c. 4.

ORATORIAE
PARS I. SIVE PROPÆDEVTICA
 DE PRAEEXERCITAMENTIS
 ELOQVENTIAE.

CAPVT I
 DE PERIODI CONSTI-
 TVTIONE.

IN confideratione periodi tota hæc prima pars versatur. Hoc loco natura eius tantum explicanda est. Quæ vt recte intelligatur, tria præcipue obseruanda sunt: definitio, fundamentum et genera periodi.

1. **DEFINITIO.** Periodus est enuntiatio, sensum perfectum plene ac rotunde exhibens.

2. **FVNDAMENTVM** periodi est propositio logica: cuius subiectum et prædicatum variis verborum ac rerum adiectionibus ita dilatatur atque exornatur, vt ad iustam periodi magnitudinem tandem excrescat.

3. **GENERA** periodorum duo sunt. Dicitur enim periodus

1) *Simplex*, quæ vnã tantum habet propositionem principalem, variis verborum ac rerum adiectionibus dilatata.

2) *Composita*, quæ duas aut plures habet propositiones principales, variis verborum ac rerum adiectionibus dilatatas.

**OBSERVATIONES ET EXPLI-
 CATIONES.**

I. DEFINITIO.

Admodum intricata est veterum doctrina de periodo. Primo enim adeo stricte hoc vocabulo vtuntur, vt illud iis tantum enuntiationibus tribuant, quæ manifestam protasin habent et apodosin: ceteris, in quibus hæc ratio non seruatur, ad commaticam et colicam orationem reiectis. Deinde nimis curiosi sunt et operosi, nec tamen eiusdem semper sententiæ, in numerandis syllabis, in commatibus et colis dimetiendis, in membris periodorum inter se comparandis. Hinc appellationes variæ, ex numero ac mensura membrorum ortæ: vt sunt periodus *μονόκωλος*, *δικωλος*, *τρίκωλος*, *τετράκωλος*; porro *ισίκωλος*, *μακρόκωλος*, *βραχύκωλος*, *ισόπλευρος*, *ισοσκελής*, *άνισος*, et similes. De quibus Vosium vide part. orat. l. 5. c. 2. et CL. Vinholdum de period. Part. I. c. 1. et 2.

Scd



PARS I SIVE PROPAEDEUTICA

DE PERIODI CONSTE

Sed quid opus est, obscuritatibus his inuoluere iuuentutem? Discant modo tirones periodum a *propositione logica*, quæ est *enuntiatio sensum perfectum breuissime exhibens*, probe discernere: et obseruent, si volunt, tripliciter intelligi posse periodi vocabulum; nimirum *latissime* de quauis enuntiatione sensum perfectum exhibente, siue breuiter hoc fiat siue plenius, siue per protasin et apodosin siue sine ea; *late* de quauis enuntiatione sensum perfectum plenius ac rotundius exhibente, siue per protasin et apodosin id fiat siue alio modo; *stricte* de enuntiatione sensum perfectum per protasin et apodosin plene ac rotunde exhibente. In definitione autem nostre periodi *late* dictæ rationem potissimum haberi, manifestum est.

2. FVNDAMENTVM.

Discrimen logicorum ac rhetorum etiam Cicero attingit de fin. I. 2 c. 6. *Rhetorice, inquit, nos mauis, quam dialectice disputare? Quasi vero perpetua oratio rhetorum solum, non etiam philosophorum sit. Zenonis est hoc Stoici, omnem vim loquendi, ut iam ante Aristoteles, in duas tributam esse partes: rhetoricam palme, dialecticam pugno similem esse dicebat; quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius. Et I. 3. c. 8. Potest id quidem suscipere, et copiose, et omnibus electissimis verbis grauissimisque sententiis rhetorice et augeri et ornari: sed consecraria me Stoicorum breuia et acuta delectant.*

3. GENERA.

Simplicem periodum adiectio synonymorum, epithetorum, contrariorum et circumstantiarum potissimum constituit: *compositam* amplificatio a probatione, comparatione, concessione, conditione, consecutione, relatione, oppositione, explanatione, copulatione ac disiunctione. Vide infra cap. 2. p. 6. et 7.

In composita periodo *protasis* et *apodosis* maxime conspicua est: quamquam nec simplicem sine ea esse alii cum veteribus existimant, qui strictius periodi vocabulo vtuntur.

Simplex periodus *μονόκωλος* antiquis dicitur, hoc est, vnius membri: quem admodum *composita πολυκωλος*, hoc est, membrorum plurium. *Πολυκωλος* denuo vel *δίκωλος* est siue bimembris, vel *τρίκωλος* siue trimembris, vel *τετράκωλος* siue quadrimembris: vti paullo ante dictum fuit. Quod si vero ultra *τετρακωλίαν* producat orationis nexus: *περιοδικόν, πνεῦμα* et *τάσις* vocatur; hoc est, periodicum, spiritus atque extensio. Sed hæc magistris potius ad intelligenda veterum et eorum, qui hos sequuntur, scripta sunt obseruanda; quam tironibus cum tædio inculcanda. Quem in finem iterum conferri potest Vosf. d. I. c. 2. et Vinhold. c. 8.

CAPVT II

DE PERIODI COMPOSITIONE,

Compositioni periodi inferuit adiectio, variatio grammatica et amplificatio: propositioni logicæ, tamquam eius fundamento, adhibenda.

I. ADIECTIO est

- 1) *Synonymorum*, hoc est, vocabulorum aut phrasium idem significantium. *Conf. Erasmi de Copia Roman et verborum*
- 2) *Epithetorum*, hoc est, adiectiuorum et aduerbiorum.
- 3) *Contrariorum*, hoc est, vocabulorum aut phrasium contraria significantium.
- 4) *Circumstantiarum*: quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando?

2. VARIATIO GRAMMATICA fit per

- 1) *Partes orationis*: vt fiant e nominibus verba, et ex verbis nomina; ex adiectiuis aduerbia et ex aduerbiis adiectiua.
- 2) *Casus*: vt vel vni substantiuo aliud semper atque aliud vocabulum variandi casus gratia iungatur; vel duo substantiua in eadem propositione coniungantur, eorumque vnum hoc, alterum alio semper casu finiatur.
- 3) *Genera, modos, tempora et personas*: vt ex actiuo passiuum, ex finito verbo infinitum, ex præsentis præteritum aut futurum, ex prima persona fiat secunda aut tertia; et contra.

3. AMPLIFICATIO sumitur

- 1) *probatione*, vt fiat periodus causalis. Vbi nota:
 - (1) Hæc ætiologiam cum propositione præsentis connectit per particulas causales.
 - (2) Particulæ causales sunt: *quia, quoniam, quum, enim, quod*, et similes.
- 2) *a comparatione*, vt fiat periodus comparatiua. Vbi nota:
 - (1) Hæc simile, comparatum, exemplum ac testimonium cum propositione præsentis connectit per particulas comparatiuas.
 - (2) Particulæ comparatiuæ sunt: *vt, sicut, quemadmodum*. Quibus respondent: *ita, sic, non secus, ad eundem modum*, et similes.

3) a

Ratio simpl. per adjecto.

Qui inter Canonicos Leodienfes, fingulari vite integritate, ampliffimae fingularitatis laude ad huc floruit, Corneus B. eximie opulentiffimam epi Botys votis expectam epifcopum Leodienfem tandem obtinuit yofphabiles illis, qui in longa majori eius spe fuerant.

Nonnulla ad illustrandam adjectionem apti adminicula

^{synonymum}
1) Adjectio de hac notetur (a) Definitio: Adjectio est accumulatio plurimum verborum enuntiatione (b) Divifio est (1) fynomorum congeries de quibus notanda (a) Definitio: Synonima funt vocabula nomi Subftantivorum, adjectivorum, adverbiorum, verborum, Phrafum idem fignificantia (b) Divifio fynomorum, dunt in fynomia (2) fingularum vocum, atque nominum, Subftantivorum, quando, Subftantiva Subftantiva plura idem fignificia adiciunt, (3) Adjectivorum quando adjectiva adjectiva plura idem fignificantia adiciuntur (4) Adverbiorum quando ad verba non dnto plura idem fignificantia adiciuntur (5) Phrafum. quando uni phrafate plura idem fignificantia addunt adjectioni inferunt fynomia exegafis yftrictio. n. quando dicitur adjectionem fynomorum, ac Phrafum idem fignificantia necesse quidem est, ut idem quod ad rem fignificet.

2. Epitheti: quorum notetur (1) Definitio: Epitheta funt voces, quae rem quandam declarant et dunt, qualitatem et quantitatem eius indicando. vel actionem, quovs explicant, respectu habito in temporis, loci, etc. (2) Divifio. Epitheta igitur funt vel (a) nominum, et vocantur adjectione, quae Subftantia adijerunt, reips qualitatem et quantitatem indicando, eandem partim declarant. (b) ad partem dunt. (c) verborum actionem vel paffionem fignificantium, et vocantur ad verba, modum plerumq agendi infinuantia.

3) Contra: quorum notetur. (1) Definitio: Contraria funt, quae fiti invicem repugnant, ita, ut simul in uno fubfco coiffere nequeant, nec de eodem simul vel affirmative vel negative predicari. (2) Divifio: contraria funt: (a) realia sine per contrariet. fentes (a) naturalia, contrariam naturam habentia v.g. ignis, aqua. (b) ethera five moralia actiones contrariet. natura ex contrariis agendi principis movis, normis, finib, etc. (b) verbali in verbis contrariis hoc est contrarietatem involventib, funt (1) fingularum vocum eorumq (a) nominum Subftantivorum, quando de fubfco aliquo contraria predicantur, predicantur Subftantiva v.g. Tity non est decedens, egregij economus. (2) adjectivorum quando fubfco uni oppofita five contraria five contraria adiciuntur, ita quidem ut si unum remoueat, ponit alterum v.g. Tity non est illiberalis, fed prolix. (3) ad verba quando ad verba contraria ad verba contrarios modos et tempora, fignificantia ponuntur v.g. Tity ne prodire vivit fed parre vel. Tity non parre vivit fed vivit (4) Verba. quando predicatum vel contrarium fignificatum involventib, effect. v.g. Tity opes fuae non profundit fed prodire ponit (5) Integrum fynomum quando contraria fignificantur tanquam predicata vel de eodem vel de diverfo fubfco, fiti invicem junguntur, ita ut una Phrafis de vel eodem vel diverfo fubfco neget, praedicatum, altera vero contrarium affirmet v.g. videre alique et benefacere alique Phrafes oppofita five contraria dic fiti fubfco propriorum integra evadit per dicitur, fed non mifidua tiva hoc modo: tantum abest ut Tity occiderit fupponimus ut ipfi prodire non maxime fecerit.

4) Circumftantia: quorum notanda (1) Definitio: circumftantiae funt ea, quae rem intrinfecis non conftituunt fed eadem extrinfecis determinant, defcribunt, a qualitate, a loco, a caufis, a modo atq tempore, certum regit, qui quid, ubi, atq, quibus, autis, cur quomodo quando; dicuntur etiam circumftantiae moles ab hiftoricis diftinctae, quae tantum tres funt v.g. antecedentes, caufae quae dictum vel factum a caufis concomitantes, quae ipfum factum ingreffae funt ac proferea ingreffantes quoq, vocantur confequentes, quae dictum vel factum aliquid confequente fuerit (2) Divifio: funt igitur rem (a) denominatae at circumftantia: quae vocari etiam poffunt circumftantia fubjecti. (b) Dependentes (a) a qualitate, (b) a loco, (c) interna, et vel attributivae, virtutes revent (2) externa, quae rem in actione poffit; ejuq, nio defcribit locum per quiffionem ubi? et media ac fubfidia per quiffionem quibus auxiliis. demiq, caufae impellentem vel finalem per quiffi cur? fupponunt modum per. quiffi quomodo et tempus per quiffi quam?.

Quaedam ad variationem.

- variatio. de hoc docetur, (1) variatio est orationum, personarum, sententiarum, integrorum periodorum atque orationum transmutatio, ita instituenda, ut eadem res aliis verbis, phrasibus, sententiis, periodis exprimantur, integrorum orationes alio dispositionis Ratione induantur, Atque aliis aliis significatur formam, ut v.g. ex posito copiositate et luxuriantie fiat concessio.

1) Divisio. variatio dividitur respectu (a) Agentis in (1) grammaticam, quae versatur, (2) rationem circa partes orationis cum se invicem permittendas (3) speciem circa (a) nominum licetata ratione (x) speciei, quando substantivum mutatur in adjectivum et contra (3) accidantium (x) numeri, quando singularis cum plurali commutatur et contra (3) quando casus cum se invicem permittantur. (b) verba spectata ratione (x) vois quod activa mutatur in passiva et contra (b) modi quando modus definitus mutatur in indefinitum: indicativus in conjunctivum et contra. (c) ratione temporum quando tempus praesentia in praeterea et futura commutantur (c) adverbia, si adverbia vel cum adverbis diversae speciei vel cum adjectivis commutentur. (d) prepositiones quae ad prepositiones accusativum regentes mutantur cum prepositionibus ablativum affumentibus v.g. Propter hanc causam tibi scripsi. ita: propter propter mutari potest in positionem de. v.g. hac de causa tibi scripsi. (3) dividitur in

1) Rhetoricam, quae in eo consistit, ut datus scriptoris probati tropus, datique ejusdem figuratum tropum atque figuram eandem sensum involventes transmutentur. (1) dividitur in orationem, quae versatur circa sermone ipsos commixtas partes seu periodos, eas transformans respectu aequalitatis rationis periodis, ut ea simplicia fiat composita, et composita fiat simplicia. Indivisa respectu compositionis prioribus sunt copiosiores et verbosiores, et vice versa, uterque periodis fluidis sunt mutatio immutetur et immutata dispositione nihil omittatur, quod in dati scriptoris sermone est in epistolam contrahatur; epistola brevior in verbosorem verbosior, in brevior em et.

2) Amplif. de hoc docetur 1) Definitio: amplificatio est periodis diductio enunciationum logicae datae, ita instituenda, ut id, quod ex propositione logica, tanquam periodis fundamento vel affirmatur vel negatur, uberius deducatur per causas, per comparationes, per oppositiones; per concessiones, per conditiones, per consecutiones etc. ut ex data propositione logica, per his accessibus factis periodus composita 2) divisio: dividitur haec amplificatio variis modis quod dantur amplificationum fontes

- 3) *a concessione*, vt fiat periodus concessiua. Vbi nota:
 (1) Hæc concessionem aliquam cum propositione præsentis connectit per particulas concessiuas.
 (2) Particulæ concessiuæ sunt: *etsi, tametsi, etiamsi, quamquam, quamuis, quum, quidem, equidem*. Quibus respondent: *tamen, attamen, sed tamen, veruntamen, nihilominus*, et similes.
- 4) *a conditione*, vt fiat periodus conditionalis. Vbi nota:
 (1) Hæc conditionem cum propositione præsentis connectit per particulas conditionales.
 (2) Particulæ conditionales sunt: *si, nisi, quodsi, quod nisi, sin, siue, dum, modo, dummodo*, et similes.
- 5) *a consecutione*, vt fiat periodus consecutiua. Vbi nota:
 (1) Hæc propositiones diuersas connectit per particulas consecutiuas.
 (2) Particulæ consecutiuæ sunt: *quum, postquam, posteaquam, ut*, et similes.
- 6) *a relatione*, vt fiat periodus relatiua. Vbi nota:
 (1) Hæc propositiones diuersas connectit per particulas relatiuas.
 (2) Particulæ relatiuæ sunt: *qui, quæ, quod, is, ea, id; qualis, talis; quantus, tantus; quo, eo; quamdiu, tamdiu; quot, tot; quoad, inde; tantum abest, ut-ut; nihil magis, quam; ita, ut*; et similes.
- 7) *ab oppositione*, vt fiat periodus aduersatiua. Vbi nota:
 (1) Hæc propositiones diuersas connectit per particulas aduersatiuas.
 (2) Particulæ aduersatiuæ sunt: *at, sed, verum, vero*, et similes.
- 8) *ab explanatione*, vt fiat periodus explanatiua. Vbi nota:
 (1) Hæc propositiones diuersas connectit per particulas explanatiuas.
 (2) Particulæ explanatiuæ sunt: *ut, ita, adeo, præsertim*, et similes.
- 9) *a copulatione*, vt fiat periodus copulatiua. Vbi nota:
 (1) Hæc propositiones diuersas connectit per particulas copulatiuas.
 (2) Particulæ copulatiuæ sunt: *et, et; neque, et; cum, tum; non solum, sed etiam*; et similes.
- 10) *a disiunctione*, vt fiat periodus disiunctiua. Vbi nota:
 (1) Hæc propositiones diuersas connectit per particulas disiunctiuas.
 (2) Particulæ disiunctiuæ sunt: *aut, aut; vel, vel*; et similes.

OBSER-

OBSERVATIONES ET EXPLICATIONES.

Quæ hoc loco de compositione periodi, et c. 3 et 4 de eius distinctione et transformatione traduntur: ea non tantum variis exemplis a magistro illustranda sunt; sed tirones quoque mature adducendi, ut et ipsi manum operi admouere incipiant et sic scribendo imitari, quæ ex ore præceptoris didicerunt. Sic a facilioribus semper ad difficiliora progressos tandem usus faciet artifices. Normam aliquam supeditabunt exempla subsequentiæ. Conferri autem vtiliter possunt, quæ partim CL. Hubnerus habet quæst. orat. l. 3. c. 1 et 6. partim Doct. Vinholdus de periodis et chrisi Ciceronianis Part. 1. c. 4. 5. 7.

I. ADIECTIO.

Prop. log. Honores mutant mores.

Adi. 1. *Syn.* Dignitas atque honor mutant mores. Honores mutant atque corrumpunt mores. Honores *animam* ac mores mutant.

2. *Epitb.* Honores *magni* mutant mores. Honores mutant mores *bonos*. Honores *plerumque* mutant mores.

3. *Contr.* Honores plurimorum hominum *non meliores reddunt*, sed corrumpunt mores.

Syn. et epitb. Honor ac *dignitas* multorum *bonos* atque *innocentes* mores mutat et *corrumpit*.

Epitb. et contr. *Magni* honores *non emendant*, sed corrumpunt *plurimorum* hominum mores.

Syn. et contr. *Dignitas* atque honor *non emendat*, sed corrumpit mores.

Syn. epitb. et contr. *Dignitas* et honor *ingens non emendat*, sed corrumpit *plerumque*, immo *evertit bonos* atque *innocentes plurimorum* hominum mores.

4. *Circumst.* 1) *Ad subiectum.* *Quis?* honores. *Quid?* qui homini conferuntur vel habentur. *Vbi?* in republica ciuili aut sacra. *Quibus auxiliis?* a principe aut alio magistratu. *Cur?* ex fauore aut merito. *Quomodo?* cunctis applaudentibus. *Quando?* postquam se ad communem vtilitatem digne præparauit. 2) *Ad prædicatum.* *Quis?* illi. *Quid?* mutare possunt ac solent mores. *Vbi?* in optimis animis etiam. *Quibus auxiliis?* si præsertim diuitias aut prosperos rerum successus habeant comites. *Cur?* quia difficillimum semper fuit, res secundas æquo animo ferre.

Periodus. Honores, qui homini ad communem vtilitatem digne præparato a principe aut alio magistratu in republica ciuili aut sacra cunctis applaudentibus deferuntur, sæpe optimarum quoque mentium indolem ac mores atque eo quidem facilius possunt corrumpere, quo difficilius miseris mortalibus est fortunam secundam æquo animo ferre: præsertim si diuitias, et prosperos rerum omnium successus habeant comites.

2. VARIATIO GRAMMATICA.

1. *Partes orationis variantur ita, ut fiant*

- 1) *e nominibus verba.* Qui a multis *honorantur*, eorum mores facile mutantur.
- 2) *e verbis nomina.* Ita comparati sunt mortales, ut honores magnos morum commutatio facile sequatur.
- 3) *ex adiectivis adverbia.* Facillime fieri morum commutatio potest: quum multi sunt, qui *honorifice* de nobis sentiunt.
- 4) *ex adverbis adiectiva.* Quid est *facilius*, quam eorum commutari mores, de quibus propter summum, quem adsecuti sunt, honoris gradum non nisi *honorificam* homines mentionem faciunt?

2. *Casus variantur hoc modo:*

N. Honores mutant mores.

G. Honorum splendor mutare hominum mores solet.

D. Honoribus tribuendum puto, quod multi tam corruptos mores habent.

A. Qui ad honores ascendunt, raro mores integros conservant.

V. O honores! quam facile mores hominum pervertitis?

Ab. Qui honoribus cumulatur, facile mores suos mutat.

Alio modo:

N. et Ac. Corruptuntur plerumque mores hominum, quum ad magnos honores perveniunt.

G. et V. O indigni christiano homine mores, quos in multis videmus, qui aliquem honoris gradum adsecuti sunt!

D. et G. Qui honoribus admouentur, non raro *morum* ac probitatis iacturam faciunt.

Ac. et Ab. Plurimi mortalium, quum honores sibi deferri vident, adeo impotentis animi sunt, ut *moribus* suis omnes offendant.

V. et D. O noxii honores! quam pervertis *moribus* vos ianuam patefacitis?

Ab. et N. Qui aliquo numero et *honore* esse incipiunt, eorum mores facile immutantur.

3. *Genera, modi, tempora et personae variantur hoc modo:*

Honorum adeptione optimi interdum mores *corrumpuntur*.

Dici non potest, quam noxii vel probis hominibus honores *sint*.

Honores proborum hominum innocentiae admodum, periculosos esse, experientia testatur.

Honöribus multorum mores *corrupti sunt*.

Multos non deteriores factos puto, nisi honores *adepti*, *fuisent*.

Vere dixit, qui dixit, honoribus mores *mutari*.

Quante honorum ad mores *corrumpendos* vires sint, quotidiana, credo, experientia testatur.

Honores optimis etiam moribus saepe *nocuisse*, constat.

O fallaces honores! quantopere bonos mores *corrumpitis*?

B

3. A M-

3. AMPLIFICATIO.

Exempla periodorum ex Cicerone ac Plinio sequentia obseruentur: et quidem periodi

1. *Causalis.* *Quia* Cic. ep. 13, 70, 1. Plin. ep. 1, 5, 17. *Quoniam* Cic. Cat. 1, 5, 12. *Quum* pro Marc. c. 8, 26. *Eum* pro Arch. c. 6, 11. *Quod* ep. 4, 6, 5.
2. *Comparatiuæ.* *Ut* Cic. Cat. 1, 13, 31. ep. 9, 16, 6. 3, 11, 15. *Sicut* Plin. ep. 1, 7, 2. Cic. parad. 5, c. 1. *Quemadmodum* ep. 6, 7, 8.
3. *Concessiuæ.* *Etſi* Cic. ep. 4, 9, 1. *Tametsi* ep. 1, 5, 1. 5, 3, 2. *Etiamsi* pro leg. Man. c. 23, 66. *Quamquam* pro leg. Man. c. 1. ep. 4, 7, 12. *Quamuis* Plin. ep. 3, 4, 13, 19, 1. *Quum* Cic. ep. 13, 77, 1. 13, 4, 16. *Quidem* ep. 7, 14, 4. *Equidem* ep. 12, 30, 8.

* Concessio hæc sæpe vel prædicato præſenti aliud subiectum, vel subiecto præſenti aliud prædicatum tribuit: interdum vero integram obiectionem continet. Nihilo minus permulta apud veteres exempla inueniuntur, quæ ad hanc recentiorum regulam non fatiſ exacte videntur examinari poſſe.

4. *Conditionalis.* *Si* Cic. pro leg. Man. c. 7, 17. pro Arch. c. 11, 29. ep. 16, 13, 1. *Niſi* pro Marc. c. 9, 30. pro Arch. c. 10, 24. ep. 2, 16, 1. *Quodſi* pro Arch. c. 1. *Quod niſi* ep. 13, 57, 2. *Sin* ep. 2, 1, 3. *Siue* pro Arch. c. 12, 30. *Dum* Plin. ep. 1, 2, 7. *Modo* ep. 4, 16, 3. *Dummodo* Cic. Cat. 1, 7, 15.

* Conditio hæc plerumque præpoſitionis præſentis ætiologia eſt; interdum vero eius prædicatum vel nude admiſſum, vel cum alio ſubiecto coniunctum: etſi negari nequit, nec huic regulæ omnia veterum exempla fatiſ reſpondere; utpote in quibus aliæ quoque periodorum formulæ conditionem hanc abſoluunt.

5. *Conſecutiuæ.* *Quum* Cic. ep. 3, 2, 1. 9, 26, 1. *Poſtquam* Plin. ep. 2, 20, 8. *Poſteaquam* Cic. ep. 2, 19, 1. *Ut* pro Arch. c. 3, 4.
6. *Relatiuæ.* *Qui, iſ* Cic. pro Marc. c. 5, 15. pro Arch. c. 11, 27. *Qualiſ, taliſ* ep. 1, 9, 65. *Quantuſ, tantuſ* pro leg. Man. c. 9, 25. *Quo, eo* ep. 12, 23, 1. *Quamdiu, tamdiu* ep. 14, 4, 4. *Quot, tot* pro leg. Man. c. 16, 48. *Quoad, inde* pro Arch. c. 1. *Tantum abeſt, ut - ut* ep. 11, 10, 10. *Nihil magiſ, quam* ep. 11, 17, 3. *Ita, ut* pro leg. Man. c. 3, 8.
7. *Aduerſatiuæ.* *At* Cic. pro Marc. c. 8, 26. *Sed* pro leg. Man. c. 9, 26. *Verum* pro Marc. c. 3, 8. *Autem* ep. 9, 15, 10. *Vero* pro Marc. c. 4, 12.
8. *Explanatiuæ.* *Ut* Cic. pro Marc. c. 7, 21. ep. 15, 21, 3. 4. *Ita* ep. 2, 12, 1. *Adeo* Plin. ep. 8, 9, 1. *Præſertim* Cic. ep. 15, 15, 4. pro leg. Man. c. 22, 63. ep. 2, 7, 1.
9. *Copulatiuæ.* *Et, et* Cic. pro Marc. c. 5, 15. *Neque, et* pro leg. Man. c. 1, 2. *Cum, rum* ep. 1, 3, 2. *Non ſolum, ſed etiam* pro leg. Man. c. 13, 36.
10. *Diſiunctiuæ.* *Aut, aut* Cic. ep. 1, 8, 7. *Vel, vel* Plin. ep. 3, 6, 6. Cic. ep. 1, 8, 6.



signa affectiones alia sunt frequentiora, suntque vel (1) affectus sine pathetica,
qui commotionem et affectum signant indicantia sive letum sive tristem, quo pertinet
(2) signum exclamationis et admirationis, animi affectum indicans (3) signum interrogati-
onis animi vehementiam in dicendo vel scribendo ostendens (4) Inafflictiosa sive ex-
tatica nullum animi affectum extantiorum designantia, quo pertinent, (5) Ki-
ora, que raro occurrere solent saltem debent, eo pertinent (6) signum parenthe-
ticum parenthesi ipsa raro adhibendum (7) signum exclusionis seu unicus.

CAPVT III

DE PERIODI DISTINCTIONE.

Duo hic consideranda sunt: fundamentum scilicet ac norma distinguendi.

FUNDAMENTVM distinguendi est

- 1) *Res ipsa*, quæ scribitur: prout hæc vel per periodos, membra integra aut subdivisa, simplicesque constructiones cohæret aut distinguitur; vel interrogatiue aut per exclamationem proponitur.
- 2) *Valor signorum*, quibus distinguitur: ex quibus punctum maximam distinguendi vim habet, deinceps colon, semicolon et comma; reliqua autem non tam valore, quam sensu differunt.
- 3) *Diuersitas stili*, quo scribitur: pro huius enim vbertate aut breuitate distinguendi signa differunt ita, vt puncta cum colis, cola cum commatibus; et vicissim minora cum maioribus commutentur.

NORMA distinguendi primo ac potissimum ab exacto scribentis iudicio sumenda est, deinde vero ex regulis sequentibus potest intelligi:

- 1) *Punctum* periodum ac sententiam claudit.
- 2) *Colon* membra periodi integra distinguit. **Hinc ponitur**
 - (1) Inter protasin et apodosin.
 - (2) Inter propositionem eiusque rationem.
 - (3) Inter quæuis membra principalia.
 - (4) Inter verba allegantia et alleganda.
- 3) *Semicolon* membra periodi subdivisa distinguit. **Hinc ponitur**
 - (1) In protasi subdivisa.
 - (2) In apodosi subdivisa.
 - (3) In quouis membro principali subdiviso.
- 4) *Comma* minimæ distinctionis signum est. **Hinc ponitur**
 - (1) Inter vocabula a se in vicem distingenda.
 - (2) Inter vocabula dubium sensum efficientia.
 - (3) Inter constructiones simplices.
- 5) *Signum interrogationis* post interrogationem ponitur.
- 6) *Signum exclamationis* post exclamationem ponitur.
- 7) *Signum parentheseos* includit ea, quæ non de ipsa sententia sunt, sed explicationis gratia aut aliam ob causam tantum interposita.
- 8) *Signum exclusionis* verba nostra alieno scripto inserta ab ipso textu separat et quasi excludit.

OBSERVATIONES ET EXPLICATIONES.

I. FVNDAMENTVM DISTINGVENDI.

Distinguendi cura maxime necessaria est: quia permultrum facit ad scriptum aliquod intelligendum. Nam signa distinctionum rei scriptæ recte adhibita per oculos animo nostro representant quodam modo, quod in sermonibus ore prolatis per audiendi sensum percipimus ac diiudicamus. Equidem scio, quot capita tot sensus etiam in hac re esse: quod apparet, si plures eiusdem libri editiones a diuersa manu distincte inter se conferantur. Scio et hoc, interdum occurrere exempla, quæ dubiam faciunt ac difficilem hanc distinguendi accurationem. Nihilò tamen minus, fundamentum aliquod ostendendum est: ne prorsus fluctuemur, nec inconstanti vel contraria ratione utamur, quod a multis fieri videmus; aut ne plane omittamus distinguendi signa, quod feminæ facere plerumque consueverunt.

2. NORMA DISTINGVENDI.

1. Punctum periodum ac sententiam claudit. E. g. *Cui cum paupertate bene conuenit, diues est. Non, qui parum habet: sed, qui plus cupit, pauper est.* Sen. ep. 2.

Not. Quidam duplex punctum statuunt: vnum maius, alterum minus. Illo prorsus finitas: hoc sententias quodam modo terminatas distinguunt; præsertim eo loco, vbi signa deficiunt ad connexionem propositionum satis distincte declarandam. E. g. *Solicitus equidem eram de rebus urbanis: ita tumultuose condiciones, ita molestæ quinquatrus adseriebantur. nam citiora nondum audiebamus. Sed tamen nihil me magis sollicitabat: quam in his molestiis non me, quæ ridenda essent, ridere tecum. sunt enim multa: sed ea non audeo scribere.* Cic. ep. 2, 12, 1.

2. Colon membra periodi integra distinguit. Hinc ponitur

1) Inter protasin et apodosin. E. g. *Si te dolor aliquis corporis aut infirmitas valetudinis tue tenuit, quo minus ad ludos venires: fortune magis tribuo, quam sapientia tue.* Cic. ep. 7, 1, 1. *Quoquo modo potuissem, te conuenissem: si eo, quo constitueras, venire voluisses.* l. 5, 20, 1.

2) Inter propositionem eiusque rationem. E. g. *Catonem tuam mihi mitte: cupio enim legere.* Cic. ep. 7, 24, 7. *Cura, ut quam primum venias: venies enim, mihi crede, expectatus.* l. 4, 10, 2. *Opprimor interdum, et vix resisso dolori: quod ea me solatia deficiunt, quæ ceteris, quorum mihi exempla propono, simili in fortuna non defuerant.* l. 4, 6, 5.

3) Inter quævis membra principalia. E. g. *Dignitas tua facit, ut animaduertatur, quid facias: malevolentia autem hominum, ut nonnulla durius, quam a te facta sunt, proferantur.* Cic. ep. 11, 27, 17. *Breuitas tuarum litterarum me quoque breuiorem in scribendo facit: et, ut vere dicam, non satis occurrit, quid scribam.* l. 12, 9, 1. *Libentissime legi tuas litteras: in quibus incundissimum mihi fuit, quod cognoui, meas tibi redditas esse.* l. 12, 19, 1. *Nihil timeo: fruor, dum licet: opto, ut semper liceat.* l. 9, 17, 4. *Nihil nisi atrox et secum cogitat, atque etiam loquitur: iratus senatui exiit: his intercessionibus plane incitatus est: non me hercule erit deprecationi locus.* l. 8, 16, 4.

4) In-



- 4) Inter verba allegantia et alleganda. E. g. *Dicitur actori atque etiam procuratori tuo: in ius veni, sequere ad tribunal.* Plin. pan. c. 36, 3. *Factum tuum a cuncto senatu vera acclamatione approbatum est: tanto maior, tanto augustior.* c. 7^o, 4.

Not. Ex his omnibus intelligitur:

- (1) In periodo bimembri vnum tantummodo colon locum habere.
 (2) In periodo trium aut plurium membrorum vnum semper colon minus esse oportere numero membrorum.
 (3) Verbis allegandis neque necessario neque satis commode præponi colon, quum hæc tantummodo partem membri, non integrum membrum, constituunt.

E. g. *Tu quidem, Cæsar, illam exceptionem remouisti, si modo filius in potestate patris fuisset: intuitus (opinor) vim legemque naturæ, quæ semper in ditione parentum esse liberos iussit; nec uti inter pecudes, sic inter homines potestatem et imperium valentioribus dedit.* Plin. pan. c. 38, 7. *Quum sententiæ rogarentur: dixit Iunius Mauricus (quo viro nihil firmitus, nihil verius) non esse restituendum Viennensibus agona; adiecit, vellem etiam Romæ tolli posset.* Plin. ep. 4, 22, 3. *Nihil est, quod quisquam aut tam stultus aut tam improbus sit, qui dicat, vellem quidem liceret, hoc dixissem; dicas licet: hoc fecissem; facias licet, nemo prohibet: hoc decreuissem; decerne modo recte, omnes approbabit: hoc iudicasset; laudabunt omnes, si recte et ordine iudicaris.* Cic. pro Rosc. Amer. c. 48.

3. Semicolon membra periodi subdiuisa distinguit. Hinc ponitur

- 1) In protasi subdiuisa. E. g. *Etsi nihil erat noui, quod ad te scriberem; magisque litteras tuas iam expectare incipiebam, vel te potius ipsum: tamen quum Theophilus proficisceretur, non potui nihil ei litterarum dare.* Cic. ep. 4, 10, 1. *Si quid est in me ingenii, iudices, quod sentio quam sit exiguum; aut si qua exercitatio dicendi, in qua me non infirior mediocriter esse versatum; aut si huiusce rei ratio aliqua ab optimarum artium studiis ac disciplina profecta, a qua ego nullum confiteor ætatis meæ tempus abhorruisse: earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fractum a me repetere prope suo iure debet.* pro Arch. c. 1.
- 2) In apodoti subdiuisa. E. g. *Si hæc vox huius hortatu præceptisque conformata nonnullis aliquando salutis fuit: a quo id accepimus, quo ceteris optulari et alios seruare possemus; huic profecto ipse, quantum est situm in nobis, et opem et salutem ferre debemus.* Cic. pro Arch. c. 1. *Quamquam me nomine negligentia suspectum tibi esse doleo: tamen non tam mihi molestum fuit, accusari abs te officium meum, quam iucundum, requiri; præsertim quum, in quo accusabar, culpa vacarem; in quo autem desiderare te significabas meas litteras, præ te ferres respectum mihi quidem, sed tamen dulcem et optatum amorem tuum.* ep. 2, 1, 1.
- 3) In quouis membro principali subdiuiso. E. g. *Cura, ut quam primum venias: venies enim, mihi crede, expectatus; neque solum nobis, id est tuis, sed prorsus omnibus.* Cic. ep. 4, 10, 2. *Duabus tuis epistolis respondebo: vni, quam triduo ante acceperam a Zetho; alteri, quam attulerat Phileros tabellarius.* ep. 9, 15, 1. *Audiuimus quidem, te omne munus consulis obisse; sed audiuimus: diceris iustissimus, humanissimus, patientissimus fuisse; sed diceris: equum est aliquando nos iudicio vestro, nostris oculis, non famæ semper et rumoribus credere.* Plin. pan. c. 59, 3. *Tandem ergo nobilitas non obscuratur, sed illustratur a principe: tandem illos ingentium virorum nepotes, illos posteros libertatis nec terret Cæsar nec pauet; quin*

immo festinatis honoribus amplificat atque auget, et maioribus suis reddit: si quid usquam stirpis antiquae, si quid residuae claritatis; hoc amplexatur, et resonet, et in usum reipublicae promittit. c. 69, 5. Nonne vobis, patres conscripti, haec diebus ac noctibus agitare secum videret: Ego quidem in me, si omnium utilitas ita posceret, etiam praefecti manum armaui; sed ne deorum quidem aut iram aut negligenciam deprecor; quaeso immo et obtestor, ne unquam pro me vota reipublica inuita fuscipiat, aut, si fusciperit, ne debeat. c. 67, 8.

Not. I. Quidam semicolo tamquam proprio signo etiam in quavis distinctione contrariorum vtuntur: item in distributione, quando membra distributionis breuiora sunt. Quod etsi ratione non prorsus caret: tamen melius videtur et ad euitandam distinguendi difficultatem multis locis accommodatius; si punctum prius colo, et colon demum semicolo, semicolon autem commatibus distinguatur.

2. Coli subdiuisio statim per commata fieri potest: si membra subdiuisa breuiora sunt et ita comparata, vt noua subdiuisione non indigeant. E. g. *A me aestimabuntur, vt caepa: spectabuntur, vt membra: extremamque limam tuam experientur in scrinio nostro.* Plin. ep. 8, 4, 7. *Vt in vita, sic in studiis pulcherrimum et humanissimum existim, seueritatem comitantesque miscere: ne illa in tristitiam, haec in petulantiam procedat.* ep. 8, 21, 1.

4. Comma minimae distinctionis signum est. Hinc ponitur

1) Inter vocabula a se in vicem distinguenda. E. g. *Hec fortuna ceteros casus rariore habet: primum ab inanimis procellas, tempestates, naufragia, ruinas; deinde a bestis ictus, morsus, impetus.* Cic. offic. 2, 6. *Quae homines arant, nauigant, aedificant: virtuti omnia parent.* Sallust. B. Cat. c. 2. *Dent tibi, Caesar, aetatem dii, quam mereris: seruentque animum, quem dederunt.* Plin. pan. c. 28, 6.

2) Inter vocabula dubium sensum efficientia. E. g. *Postquam Caesarem conueni; sententiamque eius, qualis futura esset, parua victoria, cognoui: te certiore feci.* Cic. ep. 8, 16, 3. *Vetere instituto vite, effugit noua pericula.* Nep. Att. 7, 3.

3) Inter constructiones simplices. E. g. *Tibi gratulor, mihi gaudeo, te amo, tua tuor: a te amari et, quid agas quidque agatur, certior fieri volo.* Cic. ep. 6, 16. *Noni, quod ad te scriberem, nihil erat.* l. 6, 4, 1. *M. Fabio, viro optimo et homine doctissimo, familiarissime vtor.* l. 2, 14, 1.

Not. Quidam crebrius commata adhibent et simplices etiam constructiones iis subdistingunt: quae tamen multiplicatio in tanta signorum paucitate non videtur semper necessaria.

5. Signum interrogationis post interrogationem ponitur. E. g. *Pro patria quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus?* Cic. offic. 1, 17. *Quid agit Commum, tuae meaeque deliciae? quid suburbanum amoenissimum?* Plin. ep. 3, 3, 1. *Quid aut publice letius, quam clarissimos iuuenes nomen et famam ex studiis petere: aut mihi optatius, quam me ad recta tendentibus quasi exemplar esse propositum?* ep. 6, 11, 3.

Not. I. Signum interrogationis post totam interrogationem demum scribendum est. E. g. *Quam nunc iuuat, prouincias omnes in fidem nostram ditionemque venisse: postquam contigit princeps, terrarum qui fecunditatem nunc hac nunc illuc, vt tempus et necessitas posceret, transferret referretque; qui ditionem suam gentem, vt partem aliquam populi plebisque romanae, aleret ac tueretur?* Plin. pan. c. 30, 1.

2. QUUM



2. Quum admiratio aut dolor interrogatiue significatur : quidam puncto mutant, alii interrogandi aut exclamandi signo vti. E. g. *Quam iuuat, cernere ararium silens et quietum et quale ante delatores erat?* Plin. pan. c. 36, 1. *Quanto nunc tutior, quanto securior eadem domus : postquam eius non crudelitatis, sed amoris excubiis; non solitudine et claustris defenditur?* c. 49, 2.
6. Signum exclamationis post exclamationem ponitur E. g. *O diem letum notandumque mihi candidissimo calculo!* Plin. ep. 6, 11, 3.
- Not. 1. Signum exclamationis post totam exclamationem demum scribendum est. E. g. *Heu me miserum, quum tuum animum ex animo spectavi meo!* Ter. Andr. 4, 1, 22. *Vae nobis, quod peccauimus!* Thren. 5, 16.
2. Interdum tamen separari potest exclamatio ab interrogatione aut propositione insequenti. E. g. *O insipientes Galatæ! quis fascinavit vos, ut veritati non obediat: quibus ante oculos Iesus Christus prescriptus est, in vobis crucifixus?* Gal. 3, 1. *O mulier! magna est fides tua.* Matth. 15, 28.
3. Repeti etiam exclamationis signum solet in adfectu vehementiori. E. g. *O tempora! o mores!* Cic. Cat. 1, 1.
7. Signum parentheseos includit ea, quæ non de ipsa sententia sunt, sed explicationis gratia aut aliam ob causam interposita. E. g. *Seruo et seruabo (sic enim adfueui) Platonis verecundiam.* Cic. ep. 9, 22, 15. *Neminem conueni (conuenio autem quotidie plurimos: sunt enim permulti optimi viri, qui valetudinis causa in hæc loca veniant; præterea ex municipiis frequentes necessarii mei): quin omnes, quum te summis laudibus ad cælum extulerunt, mihi continuo maximas gratias agant.* ep. 9, 14, 2.
8. Signum exclusionis verba nostra alieno scripto interferta ab ipso textu separat et quasi excludit. E. g. *Ergastula [seruos ergastularios] armare.* Flor. 4, 8, 1. *Meditabar aliquid, enotabamque: ut, si manus vacuas, plenas tamen ceras [tabellas pugillares] reportarem.* Plin. ep. 1, 16, 2. *Non Diana magis montibus, quam Minerva, inerrat [hoc est: saltus non magis ad venationes, quam ad litterarum studia apti sunt].* Plin. ep. 1, 6, 3.
- Not. Vncis his etiam critici verbum aliquod suspectum aut sententiam veluti ab aliena manu intrusam notant et a reliquo textu quasi excludunt. E. g. *Est ita [natura] comparatum, ut antiquiora beneficia subvertas: nisi illa posterioribus cumules.* Plin. ep. 3, 5, 6. *Legatum mihi obuenit medicum, sed amplissimo gratius. [Cur amplissimo gratius?] Plin. ep. 5, 3, 1.*

CAPVT IV

DE PERIODI TRANSFORMATIONE.

Transformatio circa periodum iam compositam versatur: eiusque resolutionem, imitationem, interpretationem ac permutationem complectitur.

1. **RESOLVTIO** periodi ita suscipienda est, vt propositio eius logica inuestigetur: separatis in hunc finem iis omnibus, quæ per adiectionem, variationem, amplificationem alioque modo accesserunt.
2. **IMITATIO** periodi ita suscipienda est, vt, facta alicuius periodi ex probato scriptore desumptæ resolutione, alia propositio logica substituatur, eodem modo, etsi non iisdem verbis, eo vsque dilatanda, donec tandem illi, quam imitamur, similis fiat.
3. **INTERPRETATIO** periodi ita suscipienda est, vt ex patrio in latinum et ex hoc in patrium sermonem probati alicuius auctoris periodus transferatur.
4. **PERMVTATIO** periodi ita suscipienda est, vt orationes, epistolæ ac similia scripta aliis verbis atque phrasibus reddantur.

OBSERVATIONES ET EXPLICATIONES.

I. RESOLVTIO.

Periodus. Quamquam mihi semper frequens conspectus vester multo iucundissimus; hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatisissimus est visus, Quirites: tamen hoc aditu laudis, qui semper optimo cuique maxime paruit, non mea me voluntas; sed meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ prohibuerunt. Cic. pro leg. Man. c. 1.

Resolutio periodi:

Prop. Nondum dixi pro rostris.
Dilatatio atque exornatio.

1. *ab* variatione grammatica:

1) *Prohibuerunt me ab hoc aditu laudis*, id est, abstinuit me a rostris siue non dixi pro rostris.

2) *Vitæ meæ rationes*, id est, vita mea siue conditio.

2. *ab* adiectione

1) *contrariorum*: Non mea voluntas, sed vitæ meæ rationes.

2) *circumstantiarum*:

(1) Qui semper optimo cuique maxime paruit.

(2) Rationes ab ineunte ætate susceptæ.

3. *ab*

DE PERIODI TRANSPORT

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text appears to be organized into several paragraphs and possibly a table or list, but the characters are too light to transcribe accurately.



3. ab amplificatione per concessionem :

- 1) Conspicere vester mihi semper iucundissimus est visus.
- 2) Hic locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatisimus:

2. IMITATIO.

Prop. Nondum didici linguam græcam.

Dilatatio atque exornatio.

1. a variatione grammatica :

1) *Auocarunt me ab hoc subsidio doctrinæ*, id est, auocarunt me a lingua græca siue non didici linguam græcam.

2) *Amicorum quorundam consilia*, id est, amici quidam.

2. ab adiectione

1) *contrariorum* : Non mea negligentia, sed amicorum quorundam consilia,

2) *circumstantiarum* :

(1) Quod a viris eruditis tantopere commendatur.

(2) Consilia ad parentum meorum voluntatem accommodata.

3. ab amplificatione per concessionem :

1) Maximum mihi semper solidæ eruditionis desiderium fuit.

2) Græcæ literæ homini docto perutiles, theologo etiam necessariæ existimantur.

Periodus. Quamquam mihi semper maximum solidæ eruditionis desiderium fuit; græcæ autem literæ homini docto perutiles, theologo etiam necessariæ existimantur, auditores : tamen ab hoc subsidio doctrinæ, quod a viris eruditis tantopere commendatur, non mea me negligentia; sed quorundam amicorum consilia, ad parentum meorum voluntatem accommodata, huc vsque auocarunt.

3. INTERPRETATIO.

De interpretandi, hoc est, vertendi exercitio eiusque insigni vsu vide Plin. l. 7. ep. 9. Quæ digna epistola est, vt tota et sæpius legatur. Neque tamen adeo facilis hic labor existimandus est, vt nulla exercitacione indigeat. Nam probe gnarum esse vtriusque lingue oportet, qui lectori intelligenti hic vult satisfacere ac providere, vt suus cuique idiotissimus constet, et neque aliud vtrunque neque plus nec minus dictum inueniatur.

4. PERMUTATIO.

Permutationem hanc ita fieri oportet, vt sensus sensu potius, quam verbis verba permulentur. E. g. *Equidem negare nequeo, nihil mihi umquam accidere potuisse lætius, quam videre vos sapissime, o ciues romani : præsertim hoc loco, quo neque concionem populi habituris ampliozem, neque verba facturis commodiorem dari illum existimari. Nihil tamen minus vti hac tam egregia consequendæ gloria occasione, quam ex consuetudine maiorum bonis viris nunquam denegastis, ad hoc vsque tempus dubitavi : non quod parui cari ducendam iudicauerim ; sed quoniam instituti mei rationes, quas a primis etiam puritatis annis secutus sum, ita tulerunt.*

C

ORA-

ORATORIAE
 PARS II SIVE DOGMATICA
 DE PRAECEPTIS ELO-
 QVENTIAE.

CAPVT I
 DE INVENTIONE.

SECTIO I

DE INVENTIONIS OBIECTO.

Inuentio partim circa themata versatur, partim circa argumenta thematum.

I. THEMATA considerari possunt vel respectu

1) *Orationis* seu materiae: atque sic thema est vel

(1) *Rhetoricum*, de quo sermo habetur: vt terminus, enuntiatio, quaestio.

(2) *Hermeneuticum*, in quod sermo habetur: vt dictum, factum, inuentum.

2) *Oratoris* seu causae efficientis: atque sic thema est vel

(1) *Generale*, quod generatim exprimit materiam sermonis et ab ipsis rerum circumstantiis oratori praescribitur.

(2) *Speciale*, quod speciatim exprimit materiam sermonis et ab oratore themati generali superadditur.

II. ARGUMENTA THEMATVM. Quae sunt vel

1) *Docentia*, quibus auditorem informat orator: et haec

(1) *Explicantia*, quae thema propositum explicant.

(2) *Probantia*, quae thema propositum probant.

(3) *Illustrantia*, quae thema propositum illustrant.

(4) *Applicantia*, quae thema propositum applicant.

2) *Persuadentia*, quibus auditorem in sententiam suam trahere studet orator. Haec sumuntur ab

(1) *Honesto*

vel

turpi.

(2) *Vili*

vel

dannoso.

(3) *Iucundo*

vel

molesto.

(4) *Facili*

vel

difficili.

(5) *Necessario*

vel

absurdo.

3) *Conciliantia*, quibus opinionem et benevolentiam auditorum sibi acquirit orator.

4) *Commoventia*, quibus adfectus auditorum vel concitare vel sedare studet orator.

O B.

generatim de inventione notanda sunt (I) definitio, qua est excoptatio remi thematum dum expresse
 (II) Divisio ex objecto inventionis dupliciter petenda. Tunc enim est inventio. (a) thematis. De qua
 sermo notatur (x) definitio, qua themata est ipsa materia aequa vel inequam sermo habetur (y)
 Divisio, ex duplici materia thematis objecto desumenda, est (x) rhetoricum, ex quo sermo instituitur
 (y) themonepticum, in quod sermo habetur. (b) argumentorum, de quibus observanda
 definitio eorum generalior ipse argumenta sunt forme seu modi in dicendo, quibus cum
 materiam seu thema oratio, vel docendo, vel persuadendo, vel conciliando, vel commo-
 vando, ~~com~~ versatur. (3) Divisio, ex quaduplici argumentorum usa deprecanda, qua
 (I) docentia, quatenus in themata vel explicando, vel probando, vel illustrando, vel applica-
 to docetur. (II) persuadentia, quatenus res themate proposita argumentis ab honesto, vel ab
 ab utili vel damno, a jucundo vel molesto, a facili vel difficili, a necessario vel
 pro suadetur auditoribus vel de vadetur. (III) conciliantia, quatenus proposita the-
 mate favoris avaram eruditionis opinionem, uno verbo benevolentiam ab auditoribus ven-
 tator (IV) commoventia, quatenus themate proposita affectus in auditoribus vel uere
 suppressere videtur orator.

Speciatim. agitur (I) de thematibus usque rhetoricis, ex quibus sive de quibus sermo habetur et
 sunt vel (a) terminus. De quo notatur (x) definitio, terminus (voco in sensu logicis sumpta) e-
 ros vel vocabulum rem vel denominans, vel denominatam declarans et distingu-
 (y) Divisio terminus igitur est (a) datae definitionis vel (b) denominativus, qui rem p-
 e nominat et vocabulo suo indicat. vocaturus a logicis ^{indifferens et passivus} subjectum. (c) Declarativus e-
 distinctivus, qui rem vel declarat, vel ab aliis distinguit; vel utrumque praestat. Eius mo-
 dorum sunt omnia adjectiva rei vel qualitatem vel quantitatem distinguentia. Ita
 ter terminus logici intelligunt omnes voces, qua in enunciatione tanquam partes e-
 necessitate stare possunt. Vocantur autem termini quoniam in omni enunciatione
 logica integrum sensum terminant sive definiunt: ubi terminus ^{num} quo subject-
 constituit, quia ab eo incipit quasi sensus et fundam ^{termini} enunciat. Terminus vero ad q-
 at in quo constituit predicatum in quod vel in quo sensus enunciationis desin-
 terminum per quem voce copulativa subjecti et prediati constituitur.



OBSERVATIONES ET EXPLICATIONES.

Hoc loco de inventionis obiecto seu materia breuiter sic agitur, vt vocabula quedam technica explicantur, in regulis de inueniendi modo sect. 3. suppeditandis occurrentia. Breuissime igitur hæc vocabulorum explicatio etiam a magistro fiat: quia nihil hic habent dicentes, quod calamo elaborent.

I. THEMATA.

1. Ad thema rhetoricum refertur

- 1) *Terminus*: qualis est, si quis verba facit de academiis, de agricultura, de gradibus academicis, de sacris Romanorum, de pecunia veterum, de iure sepulturæ.
- 2) *Enuntiatio*: qualis est, si quis demonstrat, linguam græcam et hebræam studio theologiæ esse necessariam; cognitionem geographiæ studio historico esse præmittendam; non licere malum facere, vt inde eueniat bonum.
- 3) *Quæstio*: qualis est, si quis expendit, an scholæ publicæ priuaris sint præferendæ? an stellæ possint numerari? an christiano liceat saltare?

2. Ad thema hermeneuticum refertur

- 1) *Dictum*. Quale est Senecæ: Magna vitæ pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Huc pertinent conones sacræ.
- 2) *Factum*: vt certamen Dauidis et Goliathi, exilium Ciceronis, dedicatio academiæ Halensis.
- 3) *Inuentum*: vt sunt picturæ, emblemata, monetæ, nummi memoriales, et similia.
- 3) *Thema generale* rhetoricum est e. g. in panegyricis laus principis: in parentationibus laudatio, consolatio et gratiarum actio.
Thema generale hermeneuticum concionatoris sacri est dictum biblicum vel alia particula ex codice diuino desumpta.
- 4) *Thema speciale* rhetoricum panegyrici Pliniani Traiano dicti est *comparatio principis boni et mali*: et orationis funebris, Christophoro Cellario Mauricii Zizensis manibus dicatæ, *comparatio Mauricii cum celeberrimis Mauriciis in historia occurrentibus*. Sic ea oratione, qua idem auctor B. Mitternachtio parentauit, considerat *aduersam et secundam huius theologi fortunam*.
Thema speciale hermeneuticum est, si quis ex dicto Paulino Rom. 8. v. 1. vel *statum verorum christianorum* vel aliud argumentum proponat.

2. ARGUMENTA THEMATVM.

- 1) *Docentia argumenta* sic informant auditorem, vt rei *veritatem* vel *falsitatem* ipsi ob oculos ponant: quod fit explicando, probando, illustrando, applicando.
Explicatio thematis vel verbalis est, vel realis: quoniam id agere oratorem oportet, vt et verba et rem ipsam auditor intelligat.
Probare nihil aliud est, quam connexionem subiecti et prædicati demonstrare.
Illustrantia argumenta probantibus, quemadmodum his *applicantia* seu loci communes subiungi solent: aut, si res postulat, etiam interponi.
- 2) *Persuadentia* argumenta sic trahunt auditorem, vt rei *bonitatem* aut *malignitatem* ipsi demonstrant.
- 3) *Conciliantia* argumenta id agunt, vt orator sibi 1) opinionem probitatis, eruditionis ac prudentiæ apud auditores sitos: ac 2) etiam beneuolentiam eorundem debito modo conciliet.
- 4) *Commouentia* argumenta adhibet orator 1) ad adfectus bonos sibi que vtilis in auditoribus concitandos: 2) ad adfectus malos sibi que inutiles in iisdem sedandos.
Adfectus *principales* seu primitiui sunt amor et odium: *deriuatiui*, spes et metus, fiducia et desperatio, lætitia et tristitia, misericordia et ira, æmulatio et inuidia, desiderium, pudor, poenitentia, indignatio, et similes.

SECTIO II
DE INVENTIONIS FONTIBVS.

Inventionis fontes sunt doctrina et experientia, excerpta siue loci communes, et certo modo etiam loci topici,

1. **DOCTRINA ET EXPERIENTIA** omnes artes atque disciplinas nobis hoc loco denotat: in quibus quo magis versatus orator est, eo facilius materiam atque argumenta dicendi inueniet.
2. **EXCERPTA SIUE LOCI COMMVNES** interdum vsui sunt oratori: quoniam memoria facile excidunt, quæ vidimus, audiuius atque legimus.
3. **LOCI TOPICI** etsi exercitatis non sunt necessarij, tironi tamen haud raro inferuiunt. Præ ceteris autem adhiberi possunt hi XI I.
 - 1) *Notatio*: qua continetur deriuatio, synonymia, æquiuocatio, anagramma.
 - 2) *Definitio et descriptio*: vbi natura rei expenditur.
 - 3) *Genus et species*: vbi genus diuiditur in species, et speciei genus indagatur.
 - 4) *Totum et partes*: vbi totum diuiditur in partes, et partis totum inuestigatur.
 - 5) *Causa, et quidem*
 - (1) *Efficiens*: vbi causa principalis, media, instrumenta, incitamenta, impedimenta expenduntur.
 - (2) *Materialis*: vbi consideratur 1) *materia ex qua*, vt dicitur; 2) *materia circa quam* siue obiectum, quod est vel personale vel reale; 3) *materia in qua* siue subiectum.
 - (3) *Formalis*: per quam res vel ipsa est, vel ab alia distinguitur.
 - (4) *Finalis, propter quam* res est: vbi finis primarius ac secundarius expenditur.
 - 6) *Effectus*, qui a causa efficiente producuntur.
 - 7) *Adiuncta*, quæ vel personarum sunt vel rerum.
 - 8) *Circumstantiæ*: quæ sunt vel
 - (1) *Historicæ*; vt antecedentia, comitantia, consequentia.
 - (2) *Morales*; quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando?
 - 9) *Opposita*: vbi vel termini oppositi vel enuntiationes oppositæ considerantur.
 - 10) *Comparata*: quo pertinent familia, disfamilia, emblemata.
 - 11) *Exempla*: quo pertinent omnia indiuidua personarum, rerum et actionum.
 - 12) *Testimonia*: quo referri possunt dicta biblica, canones, leges, principia, symbola, sententiæ, prouerbia, inscriptiones, apophthegmata, verba notabilia,

OB-



OBSERVATIONES ET EXPLICATIONES.

I. DOCTRINA ET EXPERIENTIA.

Hic fons omnium vtilissimus est et maxime necessarius. Quum vero tirones tam a doctrina quam experientia, si non semper minime omnium, vix tamen tenuiter instructi sint: facile etiam intelligi potest, cur ipsis rerum dicendarum inuentio aliquanto difficilior sit. Sed facilius fiet cum ætate, quod vires omnes ante videbatur superare. Interim prouidi magistri est, ex iis disciplinis materiam dicendi proponere discipulis, quas addiscere iam et aliquo modo intelligere cœperunt.

2. EXCERPTA SEV LOCI COMMVNES.

Loci communes vel verbales sunt vel reales. Illi puritatem, elegantiam et copiam respiciunt: hi res ipsas continent, quæ inferuire aliquando oratori possunt; et proprie sunt huius loci. In iis autem adornandis id primo ac præcipue curandum est, vt honesta excerpantur, non scurrilia: deinde ne emblematis similibumque illustramentorum farragini nimium tribuamus; quæ paræ et suo loco adhibita gratiam habent, cum lata vero prudentiores magis offendunt quam delectant.

3. LOCI TOPICI.

Loci topici hic breuiter tantum explicandi sunt; vt sciant tirones, quid sibi velint hæc clasès: vsus autem earum sectione sequenti demum ostendendus. Sunt vero locorum horum nomina

I. *Notatio*: qua continetur

- 1) *Deriuatio*. E. g. Discipulus a discendo dicitur.
- 2) *Synonymia*. E. g. Schola vocatur etiam ludus.
- 3) *Aequiuocatio*. E. g. Aries significat ducem gregis, machinam bellicam et signum zodiaci.
- 4) *Anogramma*. E. g. Laudatores, adulatores.
2. *Definitio et descriptio*. E. g. *Gloria* est illustris ac peruagata multorum et magnorum vel in suos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum, fama meritorum. Cic. pro Marc. c. 8. Ea est profecto *iucunda laus*, quæ ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. Cic. ep. 15, 6, 1.
3. *Genus et species*. E. g. Virtus est genus; species virtutis sunt temperantia, castitas, liberalitas, patientia.
4. *Totum et partes*. E. g. Homo est totum: partes hominis, anima et corpus. Domus est totum: partes eius, tectum, museum, culina, cella.
5. *Causa efficiens*. E. g. *Causa principalis* peccati est diabolus: *medium* salutis æternæ est verbum Dei: *instrumentum* militis est gladius: *incitamentum* scelerum est impunitas: *impedimentum* salutis est incredulitas.
- Causa materialis*. E. g. *Materia*, ex qua panis, est farina et aqua: *obiectum personale* præceptoris est discipulus, *reale* Cicero interpretandus: *subiectum* libri est repositorium.
- Causa formalis*. E. g. *Causa formalis* hominis est anima rationalis: circuli, figura exacte rotunda: peccati, *diuotia*.
- Causa finalis*. E. g. *Finis primarius* studiosi Lipsiam euntis est pecunia ibi accipienda: *secundarius*, morus corporis.

6. *Effectus*. E. g. Effectus poetæ est carmen.
7. *Adiuncta*. E. g. *Adiuncta personarum* sunt bona vel mala animi, corporis et fortunæ; vt eruditio, ignorantia, pulchritudo, morbus, diuitiæ, paupertas: *adiuncta rerum* sunt earum propria et accidentia; vt color, odor, sapor vini.
8. *Circumstantiæ historicæ*. E. g. In certamine Dauidis cum Goliatho sunt 1) *Antecedentia*: bellum Philistinum, protocatio Goliathi, iter Dauidis in castra Iſraelitarum, colloquium Dauidis cum Saulo. 2) *Concomitantia*: collectio quinque lapidum, accessus ad Goliathum, responſio ad conuicia gigantis, proiecſio lapidis, lapsus Goliathi, decollatio eiusdem. 3) *Consequentia*: fuga Philistæorum, spoliatio castrorum, epinicium mulierum, accessus Dauidis ad aulam, amicitia cum Ionathane, indignatio Saulis.
- Circumstantiæ morales*. E. g. *Quis?* Philippus, iam nuper aliquoties monitus. *Quid?* garruiuit. *Vbi?* in templo. *Quibus auxiliis?* cum Andrea inuito. *Cur?* vt hunc impediret. *Quomodo?* clara voce. *Quando?* sub concione.
9. *Opposita*. Vbi sunt
- 1) *Termini oppositi*. E. g. Doctus, rudis: pax, bellum.
 - 2) *Enuntiatiões oppositæ*. E. g. Iuuenes incogitantia vitio laborant: senes rem accurate perpendunt.
10. *Comparata*. Quo pertinent
- 1) *Similia*. E. g. Aurum igne, et fides calamitate probatur.
 - 2) *Disſimilia*. E. g. Equi iuniores præstant senioribus: non autem amici noui tuto veteribus præferuntur.
 - 3) *Emblemata*. E. g. Candela accensa cum epigraphe: *alitis inseruendo consumor*.
11. *Exempla*. Quo pertinent indiuidua
- 1) *Personarum*. E. g. Iobus, exemplum patientiæ.
 - 2) *Rerum*. E. g. Noriberga, exemplum reipublicæ bene constitutæ.
 - 3) *Actionum*. E. g. Clades Gallorum ad Hochstadium, exemplum superbiæ punitæ.
12. *Testimoniâ*. Quo referri possunt
- 1) *Diſta biblica*. E. g. Resistite diabolo, et fugiet. Iac. 4, 7.
 - 2) *Canones*. E. g. Cessante fine cessat actio.
 - 3) *Leges*. E. g. In legibus xii tabularum etiam hæc erat: Hominem mortuum in vrbe neſepelito, neue vrito.
 - 4) *Principia*. E. g. Impossibile est, idem simul esse et non esse.
 - 5) *Symbole*. E. g. Suum cuique: symbolum Friderici, regis Borussia.
 - 6) *Sententiæ*. E. g. Malum consilium consultori pessimum.
 - 7) *Proverbia*. E. g. Ne futor vltra crepidam.
 - 8) *Inscriptiones*. E. g. Auditorio scholæ cuiusdam inscripta sunt hæc verba: *Manu ferendum, non sacco*.
 - 9) *Apophthegmata*. E. g. Pericles dixit: Amicus sum, sed vsque ad aram.
 - 10) *Verba notabilia*. E. g. Christianus i, Elector Saxonie, quum aliquando in lecto recubans tristior videretur, cubiculario causam tristitiæ sciscitanti: Cum dolore, inquit, cogito, quod ætatem iuuenilem litteris non ita, vt decet, tribui; eamque ob causam alienis oculis atque auribus iam videre et audire, immo ore etiam alieno loqui cogor.



SECTIO III
DE INVENTIONIS MODO.

Inventionis modus eo spectat, ut primo themata ac deinde etiam argumenta thematum inveniuntur.

I. THEMATA inveniuntur, quom observantur regulae

1) *Generales.* Quae volunt, ut

- (1) Loci ac temporis ratio diligentissime habeatur.
(2) Historia politica, ecclesiastica, litteraria, naturalis, artificialis et miscellanea consulatur.

2) *Speciales.* Quae volunt, quom inveniendum est thema

- (1) *Rhetoricum speciale* : ut orator 1) ex themate generali terminos praecipuos extrahat; 2) extractos terminos ad ductum locorum topicorum expendat; 3) ex thematibus specialibus per locos topicos hoc modo inuentis vnum eligat.
(2) *Hermeneuticum speciale* : ut orator 1) thema generale seu textum logice resoluat; 2) e textu resolutio confectaria dogmatica, elenctica, praedectica, epanorthotica et paracletica deducat; 3) e terminis textus et confectariorum praecipuis thema sumat.

2. ARGUMENTA THEMATVM et quidem

1) *Docentia* inveniuntur vel ex accurata et liberiore thematis tractandi consideratione, vel, si ita placet, inveniiri possunt

- (1) *Explicantia* ex loco notationis ac definitionis, si verba explicatione indigent : ex loco generis et speciei, totius et partium, causarum, effectorum, adiunctorum, circumstantiarum et oppositorum, si res ipsa explicanda est.
(2) *Probantia* ex locis nouem prioribus : praecipue autem ex loco generis, causarum, effectorum, adiunctorum et circumstantiarum.
(3) *Illustrantia* ex loco oppositorum, comparatorum, exemplorum ac testimoniorum.
(4) *Applicantia* ex confectariis.

2) *Persuadentia* defumuntur

- (1) *ab honesto vel turpi* : vbi amor, quem Deo, nobis ipsis atque aliis debemus, consideretur.
(2) *ab utili vel damno* : vbi thema theologice, ethice, physice, politice et oeconomico consideretur.
(3) *a iucundo vel molesto* : vbi sensus et adfectus considerentur.
(4) *a facili vel difficili* : vbi labor, tempus et sumtus considerentur.
(5) *a necessario vel absurdo* : vbi media et effectus considerentur.

3) *Conciliantia* siue *insinuantia* : vbi, quid dicenti conueniat, auditoribus dignum et ipsa re gratum sit, consideretur.

4) *Commouentia* : vbi adfectus, qui vel concitandi vel sedandi sunt, considerentur.

OBSER-

OBSERVATIONES ET EXPLICATIONES.

I. THEMATA.

1. *Generales regule* nihil habent difficultatis. Conferri tamen potest CL. Huba. quæst. orat. lib. 1. c. 3. qu. 20. p. 60.
2. *Speciales regule* ad inveniendum thema rhetoricum speciale illustrari possunt hoc exemplo. Nimirum in dedicatione academiæ Fridericiæ a. 1694 susceptæ fuit thema rhetoricum generale: *Academia Fridericiana est dedicanda.* Nunc
 - 1) *Termini præcipui* iuxta regulam primam ex hoc themate extrahendi sunt: *Academia, Fridericus, dedicatio.*
 - 2) *Hi termini* ad ductum locorum topicorum iuxta regulam secundam expensi dabunt themata specialia varia. Adhibeatur locus
 - *) *Notationis.* Academia dicitur ab Academo heroe. Hinc thema: de heroibus litterarum nutritiis.
 - 2) *Definitionis ac descriptionis.* Academia erat locus suburbanus, mille passus Athenis distans, arboribus plurimis pulcherrimisque confitus: quo domum transferens scholam ibi aperuit Plato. Hinc themata: de Athenis, Halensibus, de vitæ academiæ iucunditate.
 - 3) *Generis et speciei.* Academiæ genus est schola. Hinc thema: de scholis christianis. Dedicationis genus est solennitas. Hinc thema: de solennitatibus academicis. Friderici genus est Elector Brandenburgicus. Hinc themata: de Electorum Brandenburgicorum in litteras meritis, de academiis Brandenburgicis. Academiæ species sunt academia litteraria et equestris. Hinc thema: de Martis et Mineræ palestra.
 - 4) *Totius et partium.* Torum academiæ est orbis eruditus. Hinc thema: de republica litteraria. Partes academiæ sunt profesores et studiosi, patres et ciues. Hinc thema: de officio patrum ac ciuium academicorum.
 - 5) *Causæ.* Causa efficiens academiæ est princeps. Hinc thema: de cura principis circa academias. *Causa materialis* academiæ sunt libri, lectiones. Hinc thema: de lectionibus academicis, de libris academiæ vtilibus ac perniciosis. *Causa formalis* academiæ consistit in studiis facultatum omnium. Hinc thema: de quatuor facultatibus academicis. *Causa finalis* academiæ est præparatio iuuentutis. Hinc thema: de præparatione iuuentutis ad munera publica.
 - 6) *Effectorum.* Effectus academiæ est eruditio, incrementum scientiarum, multitudo eruditorum. Hinc themata tria.
 - 7) *Adiutorum.* Adiuncta academiæ sunt frequentia, celebritas, defectus, licentia, leges, priuilegia, impedimenta. Hinc themata septem.
 - 8) *Circumstantiarum,* ex historia petendarum: ubi occurrunt occasio et fata. Hinc themata: de occasione academiæ Fridericiæ, de fatis academiarum Brandenburgicarum, de historia academiarum sæculo xvii conditarum.
 - 9) *Comparatorum.* Academiæ similes sunt feminario aut vitæ militari. Hinc themata: de feminariis reipublicæ, de militia litteraria, de hostibus litterarum, de Minerua armata.



- 10) *Oppositorum.* Opposita academiarum sunt: neglectus litterarum, contentus litteratorum, barbaricus. Hinc themata tria.
- 11) *Exemplorum.* Exemplum academiae celeberrimæ exhibent Athenæ. Hinc thema: de laudibus Athenarum
- 12) *Testimoniorum.* Thales dixit: bonarum artium studiis animum excolere longe esse præclarior, quam faciem componere. Hinc thema: de cultura animi, ingenii.
- 3) Ex xxxvii his thematibus specialibus iuxta regulam tertiam vnum nunc et optimum eligatur.
3. *Speciales regule* ad inueniendum thema hermeneuticum speciale illustrari possunt hoc exemplo. Nimirum fit thema hermeneuticum generale: Οὐδὲν ἄρα νῦν κατάκριμα τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. Rom. 8, 1.
- 1) Textus hic iuxta regulam primam logice resolvendus est, vt propositio eius logica inueniatur. Sic apparebit
- (1) *Subiectum:* οἱ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, christiani, cum Christo tamquam seruatore suo per fidem intime ac vere vniti. Subiectum hoc determinatur
- 1) *ab adiuncto* vitæ externæ, περιπατοῦντες.
- 2) *a principio* huius vitæ: idque
- (a) *remotius*, μὴ κατὰ σάρκα.
- (b) *positius*, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα.
- (2) *Predicatum:* ἕδὲν κατάκριμα αὐτοῖς, non condemnantur. Prædicatum hoc determinatur
1. *a causa efficiente* huius gratiæ, Deo: cuius mentio fit c. 7, 25. Ad hunc enim remittit lectorem particula illatiua, ἄρα.
2. *a circumstantia temporis:* νῦν, in statu gratiæ cum Christo oblata et per fidem apprehensa. Nam antea, quum adhuc in statu legali essent: nil nisi condemnationem sentiebat conscientia.
- Separata igitur hac subiecti et prædicati determinatione hæc propositio logica cognoscitur: Christiani non condemnantur. Ergo textus huius termini præcipui sunt: *Christianus, immunitas a damnatione.*
- 2) Ex textu resolutio iuxta regulam secundam consecratoria deducenda sunt:
- (1) *Dogmaticum.* Christianorum status beatus est.
- (.) *Elenchicum.* Christiani de salute æterna possunt esse certi. (Non enim κατάκριμα in illis est.)
- (3) *Pædagogicum.* Per Christum igitur tranquillare conscientiam studete, o homines.
- (.) *Exhortaticum.* Qui carnis concupiscentiis adhuc estis obsecuti, agnoscite hic veram felicitatis viam.
- (5) *Paracleticum.* Grauis quidem labor est, carni resistere: sed labor beatus.
- 3) Ex terminis textus et consecratorum præcipuis iuxta regulam tertiam thema sumendum est. Sunt autem termini textus præcipui, quemadmodum e resolutione logica patet, *christianus, immunitas a damnatione:* et consecratorum, *beatitas christianorum, certitudo salutis, tranquillatio conscientie, vera felicitatis via, labor christianorum beatus.* Dicit ergo potest

D

(1) e

(1)^o *textu*: de veris christianis, de immunitate a damnatione.

(2)^o *confessorii*: de beatitate christianorum, de certitudine salutis, de tranquillatione conscientiae, de vera felicitatis via, de beato christianorum labore.

2. ARGUMENTA THEMATVM.

1) *Doctantia*.

Explicantiæ argumenta hic primo loco occurrunt. Est vero explicatio vel verbalis vel realis.

1) *Verbalis* explicatio fit ex loco

(1) *Notationis* 1) *per derivationem*. E. g. De orphanotropheis dicturus græcam vocabuli originem ostendere potest: nam *ὄρφανός* est pupillus, parentibus orbis; et *τρέφω*, nutrio. 2) *per synonymiam*. E. g. Iustificatio dicitur etiam remissio peccatorum. 3) *per equiuocationis remotionem*: vt in quæstionibus, vbi status controuersie formandus est. E. g. Quæritur, an saltare liceat christiano. Quæstio autem non est de motu corporis ad agilitatem comparandam et sanitatem conseruandam necessario: sed de ea consuetudine, qua mares et femine iunctis manibus et cum variis mirisque gestulationibus ad concentum musicum circumerrant.

(2) *Definitionis et descriptionis*: quum grammatica explicatio ex loco notationis desumpta non sufficit. E. g. *Probabilissimus* dicitur a probando: peccatum mortale ac veniale, a morte et venia. Sed quid ex vsu doctorum sit probabilissimus, philosophia moralis: et quid peccatum mortale ac veniale, theologia rhetica definit.

2) *Realis* explicatio ex locis topicis fieri potest hoc modo. Sit nimirum

(1) *Thema rhetoricum*: Studiosus.

Argumenta explicantiæ ex loco

1. *Generis*: Est persona ad litteras incumbens.

2. *Speciei*: vel theologiæ, vel iurisprudentiæ, vel medicinæ, vel philosophiæ, vel philologiæ operam dat.

3. *Totius*: quod est academia, vel orbis litteratus.

4. *Partium*: ingenio, iudicio, memoria, immo manu etiam res suas agit.

5. *Causæ efficientis*: A Prorectore Magnifico in numerum academicorum reatus est.

6. *Causæ materialis* 1) *ex qua*, quæ est pretium inscriptionis: 2) *circa quam* seu obiecti, quod sunt libri: 3) *in qua* seu subiecti, quod est museum, Hala.

7. *Causæ formalis*, quæ consistit in iure frequentandi prælectiones academicas.

8. *Causæ finalis*, quæ est salus reipublicæ.

9. *Effectorum*: quæ sunt disertatio, concio.

10. *Adiutorum*: quæ sunt diligentia, pigritia, opulentiæ, paupertas, gladius.

11. *Circumstantiarum*: quo pertinet depositio vel alius ritus.

12. *Oppositorum*: vt sunt alumni scholarum inferiorum, lictores.

Ex liberiore huius thematis consideratione argumenta explicantiæ sic fluunt, vt orator de Studio dicturus possit expendere eius *requisita* et *premia*: vel *initia*, *progressus* et *fructum*: vel *pietatem*, *eruditionem* et *mores externos*.

(2) *The-*



(2) *Thema hermeneuticum* quum tractatur, partitio fieri solet per argumenta explicantia : quam accuratam esse et adaequatam oportet ita, vt nec plus nec minus, quam in textu est, exprimat. E. g. Ex dicto Paulino Rom. 8, 1 potest considerari, vt supra dictum, vel

1. *Status verorum christianorum, der Zustand wahrer Christen* : et quidem

1) secundum eorum qualitatem, nach ihrer Beschaffenheit.

2) secundum eorum beatitatem, nach ihrer Seligkeit. Vel

2. *Immunitas a damnatione, die Freyheit von der Verdammung* : et quidem eius

1) Subiectum, wer sie habe.

2) Forma, was sie sey. Vel

3. *Beatitas vera, die wahre Seligkeit* : eiusque

1) Fundamentum, woher sie entsiehe.

2) Subiectum, bey wem sie stehe.

3) Forma, worin sie bestehe.

2. *Probantia* argumenta e locis nouem prioribus inueniuntur. E. g. Sic

Thema : Fuge otium.

Arg. probantia

1) *z genere.* Est vitium turpissimum.

2) *a causa effc.* Est fructus corruptæ naturæ.

3) *ab effectu.* Multorum vitiorum origo est.

4) *ab opposito.* Diligentia est res pulcherrima.

5) *ab adiuncto.* Iam viginti annos habes.

3. *Illustrantia* ex locis quatuor posterioribus sumuntur. E. g.

1) *a simili.* Aqua facile putescit, nisi moueatur.

2) *ab opposito.* *Obi.* Molestum est, laboribus fatigari.

Resp. Tandem adiuuiscimus.

3) *ab exemplo.* Formicas tibi ob oculos pone.

4) *a testimonio* viri cuiusdam pii : qui dixit, laboriosum hominem vix semel tentari interea, quum otiosus tenetur centies.

4. *Applicantia argumenta* ex confectariis desumuntur : qualia sunt, quæ supra attulimus p. 25.

2) *Persuadentia.*

1. *Ab honesto* desumuntur argumenta persuadentia. E. g. Sic

Thema : Discce artem mechanicam.

Arg. persuadentia :

1) Deus post lapsum sic voluit fieri, vt in sudore vultus sui vesceretur panis suo homines.

2) Habebis etiam aliquando, præsertim in senio, vnde viuas.

3) Vxori quoque et liberis prospicere de necessariis poteris.

A turpi. Th. Noli sectari militiam.

Arg. disuadentia :

1) Multiplicem peccandi occasionem habet miles.

2) De vitæ aut sanitatis iactura singulis momentis timere debent, qui prælium in-eunt.

3) Parentibus merorem contrahes : et, quum panis aliquando obstatim querendus erit, omnibus agnatis tuis eris dedecori.

2. *Ab vili. Tb.* Obsequere præceptorì.

Arg. persuadentia:

- 1) In pietate et litteris proficies.
- 2) Conferuabis bonam conscientiam.
- 3) Non vapulabis.
- 4) Qui in iuuentute propriæ voluntari resistit, adultus eo aptior est ad munera gerenda.
- 5) Parens maiores in te sumtus et libentius quidem impendit; si audiuerit, non frustra pecuniam confumi.

A damnofo. Tb. Vita prauum confortium.

Arg. disuadentia:

- 1) Variis vitis adfuesces inter malos.
- 2) Notum est prouerbium: similis simili gaudet.
- 3) Multi non amisissent vitam aut sanitatem, si prauis sodalibus non adhæsissent.
- 4) Adultus nihil scies, quo patriæ commodis inferuire queas.
- 5) Pater in posterum ad mittendam pecuniam non ita promptus erit.

3. *A iucundo. Tb.* Adi academiam Halensem.

Arg. persuadentia:

- 1) Hala est vrbs multis de causis visu digna.
- 2) Faciliorem tibi viam parabis ad munus publicum consequendum.

A molesto. Tb. Noli proficisci in Sueciam.

Arg. disuadentia:

- 1) Nec frigus magnum, nec cibos duros ferre poteris.
- 2) Præterea tibi exigua aut nulla tibi spes est consequendi muneris publici.

4. *A facili. Tb.* Prosequere studia litterarum.

Arg. persuadentia:

- 1) Difficiliora iam superasti.
- 2) Post biennium inter ciues academicos referri poteris.
- 3) Halæ non deerunt, qui egestati tuæ possint succurrere.

A difficili. Tb. Noli museum in suburbio tibi conducere.

Arg. disuadentia:

- 1) Via nimis longa est ad profesoress audiendos.
- 2) Eundo ac redeundo non parum temporis consumetur.
- 3) Nec calceis parci satis potest.

5. *A necessario. Tb.* Disce geographiam antiquam.

Arg. persuadentia:

- 1) Sine ea historicos veteres intelligere nemo satis potest.
- 2) Auctoritatis iacturam facies, nisi discipulis interrogantibus satisfacere poteris.

Ab absurdo. Tb. Noli litteris operam dare.

Arg. disuadentia:

- 1) Neque subsidiis instructus es, nec felix ingenium nactus.
- 2) Hinc satis habebis, si in pago scholam tibi aliquando moderari licuerit.

3) *Conciliantia.*

- Oratoris est: 1) nihil proferre, quod verbo diuino ac virtuti sit contrarium
2) summa industria elaborare ea, quæ dicenda sunt, firmisque argumentis demonstra-

stra-

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

4) Conclusion

Conclusionary paragraph, starting with 'The result of our study...'.

Second paragraph of the conclusion section.

Third paragraph of the conclusion section.

Fourth paragraph of the conclusion section.

Fifth paragraph of the conclusion section.

Sixth paragraph of the conclusion section.

Seventh paragraph of the conclusion section.

Eighth paragraph of the conclusion section.

Ninth paragraph of the conclusion section.

Tenth paragraph of the conclusion section.

Eleventh paragraph of the conclusion section.

Twelfth paragraph of the conclusion section.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

1) *[Faint, illegible section header]*

[Faint, illegible text at the bottom of the page]



frare 3) de rebus gratis et vtilibus dicere 4) consuetudines ac caerimonias honestas obseruare 5) de se ipso modeste ac de aliis honorifice sentire 6) breuitati frudere. Hæc enim et similia dicenti conueniunt, auditoribus digna, ipsa re grata et ita comparata sunt, vt opinionem ac benevolentiam auditorum conciliare ipsi facile queant.

4) *Commouentia.*

Commouentia argumenta adfectus respiciunt. Tria autem in omni adfectu sunt consideranda: 1) *Subiectum*, in quo adfectus mouetur. 2) *Obiectum*, erga quod mouetur. 3) *Causa*, propter quam mouetur. Vide Val. Thil. Pathol. Orat. p. 3 et 4. Ceterum hic obseruetur, vsum argumentorum commouentium esse duplicem. Primo enim vbique posunt in sermone adhiberi et aliis argumentis amplificationis gratia immisceri. E. g. Si quis *de fugienda ignauia* sermonem haberet, rationes ab honesto et vtili desumptas passim amplificare posset ab adfectu

1. *Misericordie.* Aerumosa est illa studiosorum iuuenum anceps cogitatio, qui transactis per otium annis nec fodere nec mendicare sustinent, intereaque dignitatibus admoueri vident alios, ætate quidem multo inferiores.
2. *Odi.* Sed ita meruerunt homines, quos nec parentum lacrimæ, nec præceptorum adhortationes mouere potuerunt.
3. *Spei.* Quoad in scholis est aut academia iuuenis: potest neglecta, si quidem debitam laboribus adhibere diligentiam inceperit, recuperare.
4. *Metus.* Venient dies, quum dicetur: O mihi præteritos referat si Iuppiter annos.

Deinde dantur occasiones dicendi, in quibus certus adfectus thema sermonis principale constituit: siue is concitandus sit, siue extirpandus. E. g. Quum homines publice excitantur, vt ad alendos pauperes loci sui stipem singulis mensibus conferant, adfectus misericordie præ ceteris mouendus est. Commendari iuuentuti potest methodus a CL. Hubnero p. 98. seq. præscripta, quæ sermonem huiusmodi sic disponit, vt

1. *Argumenta conciliantia* breuis exordii loco præmittantur. E. g.
 - 1) Ciuitas Halensis permultis a Deo beneficiis ornata est.
 - 2) Iam inde a primis restituti euangelii annis bonam in ecclesiis euangelicis famam habuit.
 - 3) Abundat bonis legibus atque constitutionibus.
 - 4) Benefica adhuc fuit in pauperes et egenos magno numero huc confluentes.
 - 5) Quidam ciues certis diebus ante ædes suas panem distribuerunt singulis, qui uenerunt, pauperibus.
2. *Propositio* sermonis ipsa sequatur. E. g.

Quod quemadmodum priuatim factum est: ita laudabiles huius vrbs constitutiones videntur insigniter augeri posse, si ærarium pro pauperibus publicum constituitur ita, vt vnusquisque ciuium aliquid suarum facultatum singulis mensibus in illud conferat.
3. *Argumenta decentia* succedant, quo rem satis intelligant auditores. E. g.
 - 1) Tendit hoc consilium eo, vt non quibusuis, sed iis egenis maxime prouideatur, qui alieno auxilio præ ceteris digni sunt.

- 2) Neque tamen alii videntur prorsus excludendi, qui eiusmodi cura publica a tot vitiis occasionebus posunt abstrahi.
- 3) Porro, qui huius loci sunt, pauperibus hac constitutione præcipue subuenire animus est.
- 4) Quamquam et in peregrinos esse misericordem, hominis christiani est.
4. *Argumenta persuadentia* adhibeantur, quo bonum sibi consilium dari auditores videant. E. g.
- 1) Quemadmodum igitur Deus vestri miseratus est: ita et vos miseremini aliorum, qui vestro auxilio indigent.
- 2) Cogitate, hanc ob causam vobis datas esse facultates: vt ex iis, quæ vobis supersunt, aliis quoque beneficiatis.
- 3) Dispendiosos bonorum sumus, non domini.
- 4) Scitote, a vobis iam id esse faciendum aliis: quod vobis fieri velletis, si egeretis victu et amictu.
- 5) Taceo multas illas molestias: quas adhuc a mendicis importunis et maximam partem indignis perpessi estis, et quibus hoc modo facilius occurri potest.
5. *Argumenta commouentia* tandem subsequantur: et, si adfectus principalis nondum factis habere roboris videtur, alii etiam vocentur quasi in subsidium. E. g. adfectus
- 1) *Misericordia.* Quot ægri sunt in vrbe nostra, qui rebus omnibus destituti misere pereunt?
O si suspiria multarum viduarum audiremus: quo nos animo putatis futuros esse?
- 2) *Pudoris.* Ingrati essent futuri in Deum tam beneficum omnes, qui nulla indigentium misericordia vellent tangi.
Et quid iudicatos exteros arbitramini de nobis, quorum exemplum nos iam dudum debuisset excitare?
- 3) *Metus.* Quem diuina benignitas non mouet: sciat, se ex diuite pauperem fieri et ad eiusmodi angustias posse redigi, vt aliorum beneficiis viuere necesse habeat.
Et quid post hanc vitam putamus futurum? Nonne scimus ex verbo Dei, imite iudicium illos experturos, qui nulla indigorum misericordia tacti sunt?
- 4) *Spei.* Illis e contrario non deerit facultas dandi, qui hilari animo elemosynam dare consueuerunt.
Præterea Dauid felices illos prædicat, quos egenorum miseret: simul promittens, tempore malo tales ex angustis a Deo creptum iri.
Non spernende sunt pauperum preces pro beneficiis.
Tandem cogitemus, illum largam messem habiturum, qui largiter sementem fecerit.
Eadem est ratio adfectus sedandi. E. g. Si quis dehortari amicum vellet, ne iræ nimis indulgeat et ad certamen singulare prouocet eum, a quo læsus est.

LIBER
DE DISPOSITIONE

DE CURIA

C

[Faint, illegible text]

DE CURIA

[Faint, illegible text]





CAPVT II
DE DISPOSITIONE,

SECTIO I
DE CHRIA.

CHriae partes sunt protasis, aetiologia, amplificatio et conclusio.

1. **PROTASIS** est ipsa propositio: quam, prout lubet, orator eligit; |
| adhibere tamen interdum potest dictum aliquod cum paraphra-
| si et laude auctoris.

2. **AETIOLOGIA** est argumentum probans: et multiplicari potest, si |
| necessitas videtur postulare.

3. **AMPLIFICATIO** adfert argumenta illustrantia: a contrario, simili, |
| exemplo ac testimonio plerumque desumpta.

4. **CONCLUSIO** propositionem repetit vel confectarium aliquod ha- |
| bet.

OBSERVATIONES ET EXPLI-
CATIONES.

1. Dispositionis artificium varium est. Hoc loco illi tantum explicabuntur modi, quibus praecipua et maxime usitata sermonum genera delineari solent: ut sunt *chria, antecedens et consequens, thesis et hypothesis, syllogismus oratorius*, et tandem, quae omnes modos reliquos quasi complectitur, iusta et speciatim sic dicta *oratio*.

2. *Xpéia*, latine vsus, vocatur primum dispositionis genus: quoniam vsus eius magnus et varius est. Immo integram orationem plerumque nihil aliud esse constat, quam chriarum congeriem. Exempli loco haec sit:

Prot. Memoria est excolenda.

Aer. Nam magnus eius vsus est in studiis litterarum:

Amplificatio

1) *a contrario.* Qui non exercent memoriam, ad discendum magis magisque inepti redduntur.

2) *a simili.* Culter ferrugine obducitur, nisi adhibeatur.

3) *ab exemplo.* Ex coetu nostro possem aliquos producere, in quibus damnus hoc manifestum est: nisi illis parcerem, qui maioris diligentiae mihi spera fecerunt.

4) *a se*

4) *a testimonio.* Notum verbum est; Tantum scimus, quantum memoria tenemus.

Conclusio. Quæ omnia sunt eiusmodi, vt satis clare demonstrent, quam necessarium sit iuueni litteris dedito, memoriæ excolendæ curam diligenter agere.

Not. Ex hac dispositione fiat chria septem, id est, tot periodorum, quot dispositionis membra sunt. Quod propterea monendum arbitror: quia vtile est, intra certos limites initio ita contineri iuventutem, vt filium dispositionis exacte sequi cogatur ac pedetentim et cum iudicio latius euagari incipiat.

3. *Practicam* hanc et *oratoriam* chriam vocare nonnulli solent: cum ob commodiorem eius ac præsentioorem in praxi et oratione vsum; tum vt ab *Aphthoniana*, de qua mox dicitur, eo melius distinguant.

I. PROTASIS.

Loco protaseos adhiberi interdum potest dictum aliquod cum laude auctoris et paraphrasi: vt fiat chria Aphthoniana, cuius octo partes sunt; 1) laus auctoris cum eius dicto 2) paraphrasis dicti 3) ætiologia 4) contrarium 5) simile 6) exemplum 7) testimonium 8) conclusio. Vid. Weif. instit. orat. p. 35.

2. AETIOLOGIA.

Aetiologia multiplicari potest, si res ac necessitas videtur ita postulare. E. g.

Prot. Exercitationes mouendi corporis litteratis necessariae sunt.

Aet. 1. Conseruant enim sanitatem corporis.

2. Faciunt ad animum recreandum.

3. Labor sudorem exprimens post lapsum Adami omnibus hominibus a Deo præceptus est.

3. AMPLIFICATIO.

1. Ad amplificationem a contrario desumptam obiectiones etiam referri possunt. E. g.

Prot. Exercitationes mouendi corporis litteratis necessariae sunt.

Amplif. ab obi.

1) Multum temporis requirunt.

Resp. Sanitati conseruandæ tempus tribuendum est.

2) Studia hoc modo interrumpuntur.

Resp. Debent omnino rerum nostrarum esse vicissitudines.

3) Studia negliguntur.

Resp. Nequaquam: quoniam animus refectus ad ea resumenda aptior est.

2. Amplificatio etiam a figuris, ab interpretatione ac meditatione, ab argumentis conciliantibus et commouentibus desumi potest: vtpote quæ omnia vim amplificandi habeat. Vid. Hubn. d. l. p. 111.

4. CON-

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

2. APTOLUCIA

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



4. CONCLUSIO.

Conclusio, vti supra dictum est, etiam confectarium habere potest. E.g.

Prot. Memoria est excolenda.

Concl. Quare vos hortor, o carissimi, vt sapius aliquam lectionis publicæ partem edificatis; nullumque diem præterire patiamini, qui etiam in hoc laboris genere sit sine linea.

5. OBSERVATIONES QVAEDAM
GENERALES.

1. In chria protasis et ætiologia sunt partes necessariae, amplificatio et conclusio arbitraria.
2. Chriæ partes varie transponi possunt, vt non idem semper ordo seruetur.
3. Quælibet chriæ pars per nouam chriam potest amplificari: quæ accessoria vocari solet, quemadmodum illa principalis.

Exemplum.

Prot. Religio non vi et armis propaganda est.

Aet. Nam multi per sæuitiam obtrudere quidem hominibus cultum diuinum conati sunt, sed nihil effecerunt.

Aet. Voluntas enim cogi non potest.

Amplificatio

1) *ab exemplo.* Quid effecerit Ludouicus XIV, Galliarum rex, violento conuertendi modo: ex variis illis turbis, quas conuersi Cebennenses excitarunt, apparet.

2) *a contrario.* Qui autem intellectum veritatis demonstratione conuiacunt, voluntatem facile trahunt.

Amplif. a testim. Christus dicit ad apostolos suos: Ite in omnem mundum et docete omnes gentes.

Concl. a confect. Ergo damnanda sunt illorum theologorum consilia, qui igne et gladio extorquendum religionis obsequium putant.

E SE

SECTIO II
DE ANTECEDENTE ET CON-
SEQUENTE.

Dispositionis huius partes sunt formula initialis, antecedens, con-
nexio, consequens, formula finalis.

1. FORMVLA INITIALIS est breuius exordium.

2. ANTECEDENS est vel circumstantia aliqua præcedens, vel proba-
| tio consequentis, vel ipsa propositione continetur.

3. CONNEXIO est argumentum, quo demonstramus, consequens ex
| antecedente vere deduci.

4. CONSEQUENS est ipsum thema seu propositio.

5. FORMVLA FINALIS est breuior conclusio.

OBSERVATIONES ET EXPLICATIONES.

I. ANTECEDENS ET CONSEQUENS.

Antecedens est vel

1. *Circumstantia aliqua præcedens.* E. g.

Ant. Primum se iurisprudentiæ dicauit.

Conf. Deinde ad studium theologiæ animum applicauit.

2. *Probatio consequentis.* E. g.

Prop. Scriptura sacra sedulo legenda est.

Act. Nam ducit nos ad Deum.

Inuertatur:

Ant. Scriptura sacra nos ad Deum ducit.

Conf. Hinc sedulo est legenda.

3. *Occasio consequentis.* E. g.

Prop. Inuise me.

Occ. Nam ægroto.

Inuertatur:

Ant. Heri vesperi ægrotare cœpi.

Conf. Rogo igitur, vt me inuisas.

4. *Ipsa propositione continetur.* E. g.

Prop. Vicinus noster ad filioli sui funus crastino die comitandum te inuitat.

Resoluator:

Ant. Vicinus noster cras funus faciet filiolo suo.

Conf. Quare rogat, vt tu quoque illud comiteris.

2. CONNEXIO,

Connexio reddit rationem consequentiæ. E. g.

Ant. Cras petam Lipsiam.

Conf. Hinc rogo te, vt mihi te comitem des.

Act. Non enim libenter solus eo proficiscor.

Inuertatur:

Ant. Cras petam Lipsiam.

Conn. Quum vero non libenter solus eo proficisci solem;

Conf. Abs te peto, vt mihi te comitem dare ne graueris.

DEPARTMENT OF THE ARMY

Approved for publication by the Department of the Army, Washington, D.C., on 10/1/74. This document is the property of the Department of the Army and is loaned to your organization. It and its contents are not to be distributed outside your organization.

Approved for publication by the Department of the Army, Washington, D.C., on 10/1/74. This document is the property of the Department of the Army and is loaned to your organization. It and its contents are not to be distributed outside your organization.

Approved for publication by the Department of the Army, Washington, D.C., on 10/1/74. This document is the property of the Department of the Army and is loaned to your organization. It and its contents are not to be distributed outside your organization.

Approved for publication by the Department of the Army, Washington, D.C., on 10/1/74. This document is the property of the Department of the Army and is loaned to your organization. It and its contents are not to be distributed outside your organization.

Approved for publication by the Department of the Army, Washington, D.C., on 10/1/74. This document is the property of the Department of the Army and is loaned to your organization. It and its contents are not to be distributed outside your organization.



3 FORMVLA INITIALIS ET FINALIS.

1. *Formula initialis* est breue exordium. E. g. Ignosce mihi, Vir Clarissime, quod grauisissima tua negotia inturbare audeo.
2. *Formula finalis* est breuis conclusio. E. g. Habebis me vicissim ad quævis officiorum genera paratissimum.

4. OBSERVATIONES QVAEDAM GENERALES.

1. In hac dispositione antecedens et consequens sunt partes necessariae, reliquæ arbitrariae.
2. Partes huius dispositionis sexies transponi possunt, hoc modo:
 - 1) Antecedens, connexio, consequens.
 - 2) Antecedens, consequens, connexio.
 - 3) Connexio, antecedens, consequens.
 - 4) Connexio, consequens, antecedens.
 - 5) Consequens, antecedens, connexio.
 - 6) Consequens, connexio, antecedens.
3. Antecedens, connexio et consequens multiplicari possunt. E. g.
 - 1) *Ant.* 1. Parentes mei mortui sunt.
 2. Quæ reliquerunt bona, hæc flamma consumpsit.
 3. Agnati me deserunt.*Conn.* Quum igitur destitutus rebus omnibus continuare studia nequeam:
Conf. A vobis peto, patroni, vt mihi de stipendio prospiciatis.
 - 2) *Ant.* Ex amico quodam audiui, tibi propositum esse munus scholasticum depone-
 nere.
Conn. 1. Sed hoc tuum consilium fenatui non probatum iri credo.
 2. Præterea coniunctum est cum damno iuuentutis.
 3. Accedit, quod de alio munere tibi nondum est prospectum.
Conf. Quare non possum, quin tibi hanc mutationem dissuadeam.
 - 3) *Ant.* Adibo academiam.
Conn. Quum igitur iam aliquot annos Halæ commoratus sis:
Conf. 1. Rogo te, vt mihi museum conducas.
 2. De honesta tibi capiendi occasione prospicias.
 3. Contubernalem probum exquiras.
 - 4) *Ant.* Per biennium Lipsiæ commoratus sum.
Conn. Iam vero nummi deesse mihi incipiunt.
Conf. Hinc domum redire a parentibus iubeor.
Ant. Sed continuare studia academica mihi animus est.
Conn. Quum igitur Halæ plurima in egenos beneficia conferantur:
Conf. Spero, me a patre impetraturum, vt mihi ire eo liceat.
Conn. Scio autem, quantum apud summe reuerendos professores valeas.
Conf. Vnde magno abs te opere contendo, vt meam apud eos causam agas.
4. Quælibet pars argumentis docentibus, persuadentibus, conciliantibus et commo-
 uentibus potest amplificari. E. g.
Form. init. Ignosce mihi, Vir Clarissime, quod tibi molestus esse cogor.
Ant. Venit huc ex meis cognatis quidam.
Amplif. ab arg. expl. Probus est et egregiis studiis ornatus.
Conn. Scio autem, tibi sæpe esse facultatem succurrendi egenis.
Amplif. ab infim. Quod ipsum et me expertum esse, grato animo fateor.
Conf. Quamobrem etiam atque etiam abs te peto, vt iuuenis huius memor sis.
Amplif. ab obiect. Equidem scio, magnam hic esse pauperum multitudinem.
Resp. At hic præ multis aliis ab opibus nudatus es.
Form. fin. Vterque tibi erimus obstrictissimi.

SECTIO III

DE THESI ET HYPOTHESI.

Thesis et hypothesis ita disponit sermonem, ut ex duabus materiis una semper ad aliam applicetur. Quod ut recte intelligatur: sciendum est, quid sit thesis, quid hypothesis, et quid tandem dispositio per thesin et hypothesisin.

1. THESIS est quævis propositio, quæ ad rem aliam potest applicari;

Atque hæc thesis est vel

1) *Thema integrum*, legitime ac pro rei necessitate demonstrandum,

2) *Argumentum illustrans* propositionem aliquam principalem.

2. HYPOTHESIS est applicatio thesios ad rem aliam. Atque hæc respectu

1) *Modi*, quo applicatur, est vel positiva, vel remota.

2) *Obiecti*, ad quod applicatur, est vel generalis, vel specialis, vel specialissima.

3. DISPOSITIO per thesin et hypothesisin est

1) *Naturalis* ac simplicior: sermonem ita distribuens, ut ponatur

(1) *Thesis* siue thema, necessariis argumentis explicandum, probandum atque illustrandum.

(2) *Hypothesis* seu applicatio eorum, quæ in thesi dicta sunt, ad personam, rem et actionem præsentem.

2) *Artificialis* et operosior: sermonem ita distribuens, ut

(1) *Basis* seu fundamentum iaciatur per antecedens et consequens.

(2) *Illustratio baseos* fiat per theses, partibus baseos præmittendas, accommodandas et, si res postulat, variis argumentis etiam amplificandas.

OBSERVATIONES ET EXPLICATIONES.

I. THESIS.

1. Thesis interdum est thema integrum, ut in programmate sequenti:

Th. Studia litteraria profunt ecclesiæ Christi.

Hæc thesis potest

1) *Explicari*, ut sensus eius recte capiatur.

2) *Probari*, ut veritas eius intelligatur.

Hyp. Idem sentiunt quidam ex cœtu nostro discipuli, ad studia academica nunc progressuri.

2. Thesis interdum est argumentum illustrans. E. g.

Prop. Nemini iniuriam facito.

Arg. illust. Iuris naturæ regula est: Ab altero expectes, alteri quod feceris.

SECTIO III
DE THESE ET HYPOTHESE

The text on this page is extremely faint and illegible. It appears to be a section of a Latin manuscript, likely a dissertation or treatise, discussing the nature of theses and hypotheses. The text is organized into several paragraphs, with some lines indented. The paper is aged and shows signs of wear, including foxing and discoloration.

DE THESE ET HYPOTHESE

The text on this page is also extremely faint and illegible. It continues the discussion from the previous page, likely further elaborating on the concepts of theses and hypotheses. The layout remains consistent with the previous page, featuring several paragraphs of text.



Inuertatur :

Tb. Iuris naturæ regula est : Ab altero expectes, alteri quod feceris.

Hyp. Hoc et tibi dictum puta, vt ab iniuria aliis facienda eo magis abstineas.

2. HYPOTHESIS.

1. *Hypothesis positiua.* E. g.

Tb. Egregia Senecæ verba sunt: quum aduersus virtutem hoc posse calamitates dicit, quod aduersus solem nebula.

Hyp. pos. Hoc suo satis exemplo demonstrauit amicus noster beate defunctus.

Hypothesis remotiua. E. g.

Tb. Ea est christianorum conditio, vt variis calamitatibus in hac vita expositi sint, post obitum demum felices.

Hyp. rem. Diues, cuius Lucas c. 16 meminit, vitam voluptatibus transegit et post mortem in barathrum æternum detrusus est.

2. *Hypothesis generalis, specialis, specialissima.* E. g.

Tb. Deus per prophetas de ingrato Israelitarum animo sæpe conquestus est.

Hyp. generalis. Nec christiani plerique gratiores sunt.

Specialis. Quam parui diuina benignitas æstimetur, tempora nostra satis demonstrant.

Specialissima. Ex omnibus autem beneficiis nulla magis contemnuntur, quam quæ ad animarum salutem pertinent.

3. DISPOSITIO PER THESIN ET HYPOTHESIN.

1) *Dispositio naturalis.*1. *Dispositio thematis alicuius rhetorici:*

Thesis. Studia litteraria profunt ecclesiæ Christi. Quod demonstratur per argumenta

1) *Explicantia.*

(1) Non omnium studiorum patrociniū fuscipio, quibus eruditi posunt esse dediti.

Act. 1. Nam multa studia sunt superuacua, quædam etiam noxia.

Amplif. ab exemplis librorum obscenorum et philosophiæ spuria.

Act. 2. Studia multos reddunt profanos.

Amplif. ab exemplis Bembæ, Politiani et aliorum.

(2) Neque tamen omnia, quibus abutuntur homines, inutilia sunt.

Amplif. ab exemplis cibi, potus, agriculturæ, opificiorum, mercaturæ, magistratuum: quæ omnia abufui sunt obnoxia.

2) *Probantia.*

(1) Sine studiis litterariis sacra scriptura non recte potest legi.

Act. Nam hebræis et græcis litteris conscripta est.

Amplif. a consec. Ergo maneat studium linguarum sanctarum et simul earum scientiarum, quæ faciunt ad has linguas excolendas.

(2) Sine studiis litterariis sacra scriptura non sufficienter potest explicari.

Act. Nam multa in ea leguntur, quæ lumen a doctrina humana accipiunt.

Amplificatio

1. *a test. Casiodori ex c. 27. instit. ad diuin. lect.*

2. *a consec.* Ergo conseruanda est eruditio humana.

(3) sine studiis literariis scriptores ecclesiastici non recte possunt legi et intelligi.

Act. 1. Nam scripserunt lingua græca et latina.

Act. 2. Sæpe illustrandi sunt e scriptoribus profanis.

Amplif. ab exemplis Lactantii, Hieronymi, Ambrosii, Basilii et Augustini.

(4) studia literaria mentes humanas ad religionem christianam aliquo modo præparant.

Act. 1. Nam sine cultura ingenii homines magis magisque obbrutescunt.

Act. 2. Cognitio vtilium disciplinarum sensim aliquem cultum sensumque lucis et humanitatis adfert nationibus integris.

Amplificatio

1. *ab obi.* Humanæ disciplinæ vix ciuilem sapientiam et virtutem dare possunt: et satis misera est etiam ibi rei christianæ facies, vbi studia literaria florent.

Resp. Conferantur incultæ nationes cum cultioribus, et barbara sæcula cum nostris temporibus: et sic patebit discrimen.

2. *ab exemplo* reformationis ecclesiæ, quæ non parum debuit restitutioni litterarum præcedenti.

3. *a testim. B. Lutheri*, qui grato animo agnouit, quantum præsidii in restituenda euangelii doctrina a litteris habuerit, apud Seckendorf. comment. de Luth. l. 1. §. 177. et l. 2. §. 20.

4. *a consæc.* Ergo honestæ artes ac disciplinæ inter fulcra ecclesiæ numerandæ sunt.

Hypothesis. Idem sentiunt quidam ex nostro cœtu discipuli.

Act. Nam sermonibus apud nos vltimis de fulcris ecclesiæ dicent et studii litterariis quoque locum inter ea vindicabunt.

Amplificatio

1) *ib arg. expl.* Ita vero distributa inter eos opera est, vt primus, indigere ecclesiam variis fulcrorum generibus, ostendat: tres autem reliqui de fulcris eius politicis, theologicis, æconomicis ac literariis verba facturi sint.

2) *ib arg. insin.* Quos vt beneuole audiant studiorum litterariorum patroni et amici, etiam atque etiam rogo: abeuntibusque multa virtutis ac doctrinæ incrementa apprecor.

2. *Dispositio thematis alicuius hermeneutici:*

Thesis seu thema generale: Recordare creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ. Eccl. 12, 1. Fiat hic

1) *Propositio* seu thema speciale, quod est ἔργον seu vnum necessarium iuuentutis.

2) *Demonstratio.* Quæ fieri potest (tis.)

(1) *Indicando.* ἔργον seu vnum necessarium iuuentutis est recordatio creatoris.

(2) *Explicando.* Occurrit in hoc opere

1. *Obiectum,* creator: qui est

1) *Deus* trinus, quod patet ex numero plurali.

2) *Dignus* hac recordatione, quia est creator. Conf. Deut. 32, 18.

2. *Actus,*

2. *Actus, recordatio.* Cuius

1) *Modus* non consistit in nuda eius memoria, sed vero cultu.
Conf. Tob. 4, 6.

2) *Character* est fuga peccati.

3) *Medium* est meditatio verbi et imploratio auxilij diuini.

3. *Tempus, iuuentus.* Inculcetur hic circumstantia

1) *Quando?* () Per totam iuuentutem, non vno aut altero eius die. () Non in iuuentute sola: sed propterea in iuuentute, vt idem in senectute eo melius fieri possit nullumque vitæ tempus sine hoc cultu prætermittatur. Conf. To. 4, 6. Luc. 1, 74. 75.

2) *Cur?* Quia

(1) Corruptio naturalis se non tantum in prouectiore ætate, sed in iuuentute etiam exserit. Conf. Gen. 6, 5. c. 8, 21. Eccl. 11, 10.

(2) Deprouationi nulla ætas magis obnoxia est, quam iuuentus. Conf. Prou. 7, 7.

(3) Iuuentus plerumque sibi sed falso persuadet, verum Dei timorem non tam ad se, quam ad seniores pertinere. Conf. Sap. 2, 16.

(4) Iuuentutis male ac sine Dei timore transactæ damna et homo ipse in ætate prouectiore et alij etiam sentiunt, quibus inutilis est.

(5) Iuuentutis bene atque in timore Dei transactæ commoda et homo ipse per totam vitam et alij etiam percipiunt, quibus prodest.

(6) Facilius est initium timoris diuini in iuuentute facere, quam in senectute.

(7) Incertum est, vtrum ad virilem aut senilem ætatem peruenturi sint iuuenes nec ne. Conf. Pf. 103, 15.

3) *Applicando per confessorium elencticum.* Ex his patet, non viam ad licentiam vitamque carnalem aperire iuuentuti ecclesiasten paullo ante c. 11, 9 scribentem: *Lætare, iuuenis, et bonum faciat tibi cor tuum in diebus adolescentiæ tuæ; et abi in viis cordis tui, et in adspectu oculorum tuorum.*

Amplif. confessorii ex contextu. Quod etiam inde manifestum est, quia statim subiungit: *Cognosce tamen, quod propter omnia ista adducturus te sit Deus in iudicium.*

Hypothesis, qua continetur

1) *Applicatio thesæos*

(1) *Ad defunctum.* Qui

1. Est Ioannes Theophilus Meyerus, Hungarus: Ioannis Meyeri, centurionis quondam Cæsarci filius, Pædagogij Regij alumnus.

2. A parentibus ante menses nouem propterea huc misus est, vt vna cum studiis litterarum etiam vni necesario studere disceret.

3. Hoc studium sibi magnopere commendatum habuit.

4. Et propterea, postquam die 2 Maii 1706 obdormiuit, inter beatos merito censetur.

(2) *Ad*

- (2) *Ad parentes*, quibus maximo hæc omnia solatio esse possunt.
 (3) *Ad commilitones*, quorum est imitari egregium hoc exemplum et mortis quotidie meminisse.
 (4) *Ad reliquos auditores adultos ac seniores*, quorum est
 1. Meminisse iuuentutis suæ.
 2. De serâ emendatione cogitare. Conf. Ioan. 3, 3. Matth. 18, 3.
 (5) *Ad vniuersos*. Qui creatoris recte et constanter memor est: huius et Deus, cæli ac terræ conditor, et hic et in æternum recordabitur.
- 2) *Gratiarum actio* ad eos, qui funus comitati sunt.

2) *Dispositio artificialis.*1. *Basis sue dispositio prima.* E. g.

Ant. Speras æternam cum Christo gloriam.

Conn. Quæ beatitas quum sine afflictionibus obtineri nequeat:

Conf. Patientia opus est.

2. *Illustratio baseos sue dispositio secunda, habens vnam thesin vni baseos parti premisam et accommodatam:*

Thes. Spicæ, solis radios multum pasfæ, aureum tandem colorem adsumunt.

Hyp. ad ant. Tu speras fore, vt aurea splendore coruscans post hanc vitam cum seruatore tuo semper viuas.

Conn. Sed hæc beatitas sine afflictionibus obtineri nequit.

Conf. Hinc patientia opus est.

Illustratio baseos seu dispositio secunda, habens vnam thesin duabus baseos partibus accommodatam:

Th. Spicæ, solis radios multum pasfæ, aureum tandem colorem adsumunt.

Hyp. ad ant. Tu speras fore, vt aureo splendore coruscans post hanc vitam cum seruatore tuo semper viuas.

Hyp. ad conn. Quæ spes quum in tentationis flamma a scoriis purior semper ac solidior fiat:

Conf. Patientia opus est.

Illustratio baseos sue dispositio secunda, habens vnam thesin omnibus baseos partibus accommodatam:

Th. Spicæ, solis radios multum pasfæ, aureum tandem colorem adsumunt.

Hyp. ad ant. Tu speras fore, vt aureo splendore coruscans post hanc vitam cum seruatore tuo semper viuas.

Hyp. ad conn. Sed spes hæc in tentationis flamma a scoriis purior semper ac solidior efficitur.

Hyp. ad conf. Hinc vitæ illius, quam tibi non sine causâ polliceris, dignitas ac fulgor postulat, vt purgationem tam salutarem, quam hic ex voluntate diuina in furno multarum calamitatum experiris, patienti animo admittas.

Illu.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]





*Illustratio baseos siue dispositio secunda, singulas theses singulis baseos partibus prae-
mitens et accommodans, cum earumdem amplificatio:*

Th. Spicæ, folis radios multum passæ, aureum tandem colorem adsumunt.

Amplificatio

- 1) *ib expl.* Obseruare id licet, quum tempore æstiuo in campum prodimus et con-
sitos frugibus agros accuratius intuemur.
- 2) *test.* Quo etiam respicere inscriptio videtur, quam doctus quidam Italus huic
siderum duci apposuit: Mutat in aurum.

Hyp. ad ant. Tu speras fore, vt aureo splendore coruscans post hanc vitam cum
Christo semper viuas.

Th. Sæpius, credo, audiisti, quod aiunt homines: Per aspera ad astra, per crucem
ad lucem.

Amplificatio ab

- 1) *ætiol.* Triticissima enim verba sunt et longo etiam vsu satis comprobata.
- 2) *exemplo.* Erigere autem se dictis eiusmodi solent illi, qui duris rerum huma-
narum initiis vtendum sibi esse intelligunt ante, quam ad speratos honores
possint ascendere.

Hyp. ad conn. Sed multum falleret et falleretur, qui hanc viam non ad christianos
pertinere existimaret. Horum enim maxime et ita propria est, vt non possit
instar siderum aliquando lucere, quem crucis asperitas a ducis sui vestigijs auo-
cat.

Th. Epictetus philosophiam vniuersam duobus verbis complexus est: ἀνέχεσθαι καὶ
ἀπέχεσθαι, sustine et abstine, *leide und meide.*

Amplif. ab expl. In patientia igitur primam sapientiæ partem philosophus ponit.

Hyp. ad cons. Ego vero te ad hanc virtutem non ex ore pagani, sed ex ipsius Chri-
sti disciplina excitabo: cuius apostolus, Patientia, inquit, opus habetis, vt vo-
luntatem Dei facientes promissionem reportetis.

*Sed manum de tabula. Probe enim videndum est, ne quid nimis in hoc artificij ge-
nere fiat: nec realium, vt vocant, loco censeatur, quod mera verba habet ac facile
absurdam efficere orationem potest.

SECTIO IV

DE SYLLOGISMO ORATORIO.

Syllogismus oratorius ita, vt logicus, tres habet propositiones: maiorem, minorem et conclusionem.

1. **MAIOR** propositio enuntiationem seu regulam aliquam generalem continet.

2. **MINOR** adfumptio vocatur et exemplum adfert propositioni maiori vel consonum vel contrarium.

3. **CONCLUSIO** est propositio principalis, ex maiori et minori vere ac necessario fluens.

OBSERVATIONES ET EXPLICATIONES.

1. Exemplum syllogismi oratorii hoc esto:

Mai. Quidquid conseruat rempublicam, illud in ciuitate religiose colendum est.

Min. Atqui iustitia conseruat rempublicam.

Concl. Ergo iustitia in ciuitate religiose colenda est.

2. Propositiones syllogismi oratorii varie transponi possunt, hoc modo:

1) *Mai.* Quidquid conseruat rempublicam, illud in ciuitate religiose colendum est.

Concl. Hinc præ ceteris virtutibus iustitiam in ciuitate deest coli.

Min. Est enim ea virtutis huius indoles, vt sine illa stare respublica non possit.

2) *Min.* Ea est iustitiæ indoles, vt sine ea conseruari respublica nullo modo possit.

Mai. Colendum autem id esse in ciuitate religiosissime, quod ad conseruationem reipublicæ facit, nemo potest dubitare.

Concl. Ergo iustitia in ciuitate religiose colenda est.

3) *Min.* Ad conseruationem reipublicæ quam maxime facit iustitia.

Concl. Quare coli in ciuitate religiose debet.

Mai. Quæcumque enim et singulis et vniuersis profunt, eorum exercitium vigere inter ciues necesse est.

4) *Concl.* Iustitia in ciuitate religiose colenda est.

Mai. Quidquid enim facit ad rempublicam conseruandam, illud negligi a ciuibus nullo modo debet.

Min. Esse autem eam iustitiæ indolem, vt, si religiose colatur, ad vniuersos ac singulos multum inde salutis redundet, inter omnes constat.

5) *Concl.* Iustitia in ciuitate religiose colenda est.

Min. Conseruat enim rempublicam.

Mai. Debere autem earum rerum exercitium inter ciues vigere, quæ publice profunt, nemo sanus dissidebitur.

12. Quoties Subjectum conclusionis in præmissis non apparet, 3. Pro-
 ret, 4. vobis deest Minor.
 Et si iudicatum conclusionis in præmissis non adfuerit
 deest Major.

2





3. Propositiones syllogismi oratorii nouis argumentis probari possunt atque amplificari, ut oriantur prosyllogismi. E. g.

1) *Maior.* Quidquid conferuat rempublicam, illud in ciuitate religiose colendum est.

Aet. Non potest enim singulis bene esse, nisi earum rerum cultura vigeat, quæ vniuersis profunt.

Amplificatio

(1) *a contrario.* Quodsi vero totius ratio recte habita est, necessario ad partes inde vtilitas redundat.

(2) *a simili.* Videmus hoc in corpore humano, a cuius recta constitutione singulorum membrorum sanitas dependet.

2) *Minor.* Si quæ autem virtutes sunt aut si quæ officia, quæ conferre aliquid ad conseruationem publicam possunt: in his iniustitia præ ceteris non potest modo, sed debet etiam numerari.

Aet. Nam qui huic studet, neminem lædit: sed suum cuique tribuit.

Amplificatio

(1) *a contrario.* Iniusti autem iniqui erga alios sunt, et omnia ad se rapere student.

(2) *ab expl.* Ex quo prauæ cupiditatis dominio non potest non euersio rei publicæ exsistere.

Aet. Nam oppresorum querelæ tandem in turbas ac rebellionem desinunt.

Amplificatio ab exemplo. Testis est antiqua Roma, quam patriciorum et equitum iniustitia ad diuturnos persepe motus excitauit.

3) *Conclusio.* Quare si quis bene consulere rei publicæ cupit: omnes neruos intendat necesse est, ut nihil iniuste neque contra ciues neque a ciuibus fiat.

Amplificatio

1) *a testimonio.* Ipse nihil magis in votis habeo, quam ut quilibet egregium illud et vere imperatorium Ferdinandi dictum non laudet modo, sed etiam sequatur: Fiat iustitia, et pereat mundus.

2) *ab exemplo.* Nec prius improbare possum seueritatem Cambysis, Persarum regis: qui cutem iniusto iudici detractam tribunali superinduci iussit, filiumque patri sic punito dedit successorem; hac admonitione addita, ut parentis exuias intuens recte iudicaret, ne simili supplicio adficeretur.

4. Egregium syllogismi oratorii exemplum habet Cicero in oratione pro lege Manilia: quod capite sequenti producemus, quum de confirmatione agendum erit.

5. Altera præmissarum, ac præcipue maior tamquam notior, plerumque omittitur, ut fiat enthymema seu syllogismus imperfectus: præsertim quum in iusta oratione confirmandi gratia hic syllogismus adhibetur.

SECTIO V
DE ORATIONE.

Partes iustæ ac speciatim sic dictæ orationis sunt quatuor:

1. EXORDIVM; cuius

- 1) *Finis* est docilitas, attentio ac benevolentia auditorum.
- 2) *Dispositio* fit per antecedens et consequens, vel per thesin et hypothesin.

2. PROPOSITIO siue ipsum thema; quod

- 1) *Ponitur* vel explicite vel implicite.
- 2) *Connectitur* cum exordio, eiusque vel consequens vel hypothesin est.
- 3) *Amplificatur* interdum argumento quodam insinuanti, quam captationem benevolentia vocare solent.

3. TRACTATIO; quæ facit

- 1) *Partiitionem* per argumenta vel explicantia, vel probantia, vel persuadentia.
- 2) *Confirmationem* per tot chrias vel syllogismos oratorios, quot partes confirmationis esse debent.
- 3) *Applicationem* per confectaria dogmatica, elenchica, pædeutica, epanorthotica et paracletica.

4. CONCLUSIO; quæ vel repetitione thematis, vel confectario, vel voto absolvitur.

OBSERVATIONES ET EXPLICATIONES.

Oratio quatuor priora disponendi genera certo modo complectitur: vtpote quæ in sermonibus breuioribus quidem sustinent rationem totius; hic autem pro parte tantum habentur, quum exordio, confirmationi aut alii orationis parti inferunt. Vbi simul obserua: ex partibus his propositionem et confirmationem esse necessarias, reliquas arbitrarias.

I. EXORDIVM.

1) *Finis exordii.*

Exordii finis est præparare auditorem ad rem dicendam. *Docilis* ergo tum reddendus auditor est, quum dubitamus, eum rem satis intellecturum, nisi quædam fuerint præmonita: *attentus*, quum aliud acturum aut cogitaturum eum suspicamus: *benevolus*, quum veremur, ne ingratum orationis nostræ argumentum aut præoccupatus adfectu animus sit. Breue autem esse exordium oportet, ne nimis fatigemus auditorem et præloquio nostro id, quod querere nobis propositum est, maxime impediamus.

2) *Dis-*

De Oratione

1. Per orationem et confitentiis... quoniam... vel occidit...

Incipit

Exordium... Incipit... de... oratione...

Incipit

De... oratione... Incipit... de... oratione...



DE ORATIONE

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

ORATIONES ET RITUS

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



2) *Dispositio exordii.*

1. *Per antecedens et consequens* disponi exordium potest, quum causâ vel occasio materiæ tractandæ indicatur. E. g.
Prop. Dicam de pertinacia.
Aet. Est enim commune iuuentutis vitium.

Inuertatur:

- Exord.* seu *antec.* Pertinacia est commune iuuentutis vitium.
Prop. seu *conf.* Hinc verba iam de ea facturus sum.
 2. *Per thesî et hypothêsî* disponi exordium potest, quum themati præmittitur argumentum illustrans. E. g.
Thema. Deus non vult quosdam perire, sed omnes ad penitentiam concedere. 2.
Pet. 3, 9.
Illustr. ex Ezech. 33, 11. Viuo ego, dicit dominus Deus: nolo mortem impiï, sed vt conuertatur impius a via sua et viuatur.

Inuertatur:

- Exord.* seu *thesîs.* Viuo ego, dicit dominus Deus. Ezech. 33, 11.
Amplif. ab arg. expl. seu paraphrasi. Ex his verbis cognoscitur Dei 1) voluntas
 2) ordo.
Prop. seu *hypoth.* Eiusdem argumenti textus noster est.
 3. *Antecedens ac thesîs* in dispositione exordii posunt concurrere. E. g.
Thema. Dicam de negligentia.
Aet. Multi enim vestrum hoc morbo laborant.
Illustr. Faciunt, vt canis e Nilo.

Inuertatur:

- Exord.* seu *thesîs.* Peruulgarum latinis prouerbium est: Vt canis e Nilo.
Hypoth. ad *antec.* Hoc in multos vestri ordinis accommodari potest.
Prop. seu *conf.* Consulam igitur commodis vestris ac de incuria quædam dicam.

2. PROPOSITIO.

1. *Propositionis explicite* exempla dedimus: *implicita* occurrit apud Cic. pro M. Marc. c. 1. Orator enim, laudaturus Cæsarem, non expressis verbis hoc thema suum proponit: sed, Nullius, inquit, tantum est flumen ingenii, nulla dicendi aut scribendi tanta vis, tanta copia, que non dicam exornare, sed enarrare, C. Cæsar, res tuas gestas poscit; tamen hoc adfirmo et hoc pace dicam tua, nullam in his esse laudem ampliorum, quam eam, quam bodierno die consecutus es.
 2. *Connexionem* propositionis cum exordio exempla data ostendunt. Vbi tamen haud mirandum est, si ordo rerum aliam interdum connectendi rationem postulet.
 3. *Captatione benevolentie* vulgari et scholastica non semper opus est: præsertim quum iam amari nos et auditores attentos esse scimus, tritisque illis et ad nauseam vsque decantatis formulis aliquid amplius impetrari posse vix credibile est.

3. TRACTATIO.

I) *Partitio.*

1. *Per argumenta explicantia* fit partitio hoc modo:
Prop. Dicam de humilitate christiana.
Tractatio, eiusque
Part. Demonstrabo virtutis huius 1) fundamenta 2) impedimenta 3) incitamenta.

2. *Per argumenta probantia* fit partitio hoc modo:

Prop. Geographiæ antiquæ studium est utilissimum.

Tractatio, eiusque

Part. Nam multum facit

- 1) Ad intelligendos scriptores antiquos, præsertim historicos.
- 2) Ad scripturam sacram multis locis facilius intelligendam.
- 3) Ad historiam ecclesiasticam novi testamenti rectius intelligendam.
- 4) Ad geographiam et historiam recentiorum felicius intelligendam.

3. *Per argumenta persuadentia* fit partitio hoc modo:

Prop. Discite geometriam.

Tractatio, eiusque

Part. Est enim disciplina 1) honesta 2) utilis 3) iucunda 4) facilis 5) necessaria.

4. In elaboratione partitio non raro tamquam argumentum explicans subiungitur propositioni, et captationi benevolentiae præmittitur.

2) *Confirmatio.*

1. *Per chrias* fit confirmatio ita, ut propositio orationis sit communis omnium chriarum subsequen-
tium protasis. E. g.

Prop. Voluptas est fugienda.

Tractatio, eiusque

Confirmatio, quæ desumit argumenta

1. a *causa efficiente.*

Act. Originem traxit a diabolo et lapsu primorum hominum.

Amplif. a contr. Ante lapsum Deo tantum delectabatur homo.

2. a *turpi.*

Act. 1. Nihil magis Deo repugnat nec a Deo abducit magis, quam voluptas.

Amplif. a test. Cic. de sen. c. 21. In voluptatis regno virtus consistere non potest.

Act. 2. Omnes boni eam detestantur, etiam pagani.

3. ab *effectu.*

Act. Voluptas gignit multa vitia alia.

Amplif. a test. Archytas Tarentinus nullum scelus, nullum malum facinus esse dicit, ad quod suscipiendum non libido voluptatis homines impellat. Cic. de Sen. c. 12.

4. a *damnoso.*

Act. 1. Bestiis nos similes, immo deteriores reddit.

Amplif. a contr. Temperantia et castitate ad Deum propius accedimus.

Act. 2. Omnes animi vires contaminat et debilitat.

Amplif. ab arg. expl. Hæ autem Deo dicatæ esse debent.

Act. 3. Corpus corrumpit.

Amplif. a simili. Diuinus Plæto eam malorum appellat voluptatem: quod ea videlicet homines capiuntur, velut hamo pisces.

Act. 4. Opes consumit.

5. a *facili.*

Act. Non impossibile est effugere voluptatem.

Amplificatio

1) *ab obi.* Vires nostræ exiguæ sunt, et voluptatis magnæ.

Illustr. a test. Hinc Cicero blandissimas dominas appellat voluptates.

Resp. Deus præmisit et largietur vires.

2) *ab arg. expl.* Serius modo precibus implorandam est auxilium diuinum.

2. *Per*

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text appears to be organized into sections or paragraphs, but the characters are too light to transcribe accurately.]



2. Per syllogismos oratorios fit confirmatio ita, vt propositio orationis fit communis omnium syllogismorum subsequentiū conclusio. Illustre exemplum occurrit apud Ciceronem in oratione pro lege Manilia. Vbi

1) Pars prima confirmationis de genere belli Mithridatici agit, et hoc syllogismo dirigitur:

Quocumque bello vindicatur gloria populi romani, salus sociorum, usus vectigalium, et possessio multorum ciuium: illud est necessarium. Conf. n. 40.

Atqui bello Mithridatico vindicatur gloria populi romani, salus sociorum, usus vectigalium, et possessio multorum ciuium.

Ergo bellum Mithridaticum est necessarium.

Proponitur autem huius syllogismi

(1) Maior n. 9.

(2) Minor, eiusque

1. *Membrum primum* de gloria populi romani n. 10. Et huius

1) Probatio n. 10-13.

2) Conclusio n. 14-15.

2. *Membrum secundum* de salute sociorum n. 16. Et huius

1) Probatio n. 16-17.

2) Conclusio n. 18.

3. *Membrum tertium* de vtu vectigalium n. 18. Et huius

1) Probatio n. 19-20-21.

2) Conclusio n. 22.

4. *Membrum quartum* de possessione ciuium n. 23. Et huius

1) Probatio n. 24.

2) Conclusio n. 25. Quæ amplificatur obiectione n. 26.

(3) *Conclusio* (generalis) n. 27.

2) Pars secunda de magnitudine belli agit. Est vero partis huius

(1) *Protasis*: Bellum Mithridaticum est periculosum. n. 28 et 40.

(2) *Amplificatio*

1. *ab obiectione.* Non est ita magnum, vt sit periculosum. n. 28]

2. *a responsione,* qua continetur

1) *Concessio* rerum a Lucullo bene gestarum. n. 29-30.

2) *Probatio* protaseos, quæ hoc syllogismo dirigitur:

Quodcumque bellum a regibus potentissimis coniungitur, a nationibus concitatis renouatur, a gentibus integris suscipitur, ab exercitu debilitato et nouo imperatore geritur: illud est periculosum.

Atqui bellum Mithridaticum est tale.

Ergo bellum Mithridaticum est periculosum.

Syllogismi huius propositio maior, tamquam per se nota, omittitur.

Proponitur autem

(1) *Minor,* eiusque

1. *Membrum primum* de regibus potentissimis n. 31.

2. *Membrum secundum* de nationibus concitatis n. 32.

3. *Membrum tertium* de gentibus integris n. 33.

4. *Membrum quartum* de exercitu debilitato et imperatore nouo n. 34-38.

(2) *Conclusio.* Ergo hoc bellum est periculosum. n. 39.

3) Pars

3) *Pars tertia* de imperatore deligendo agit, ac duplici syllogismo dirigitur. Nam proponitur

(1) *Syllogismus principalis*, hoc modo:

Quicumque præ ceteris est idoneus, is imperator ad bellum Mithridaticum deligendus est.

Atqui Pompeius præ ceteris est idoneus.

Ergo Pompeius imperator ad bellum Mithridaticum deligendus est.

Apparet syllogismi huius

1. *Maiores* n. 41. *Vtinam* -- putaretis.

2. *Minores* n. 41. *Nunc* -- superarit.

3. *Conclusio* n. 41. *Quæ res* -- possit.

(2) *Prosyllogismus*, ad probandam syllogismi principalis minorem comparatus, hoc modo:

Quicumque imperator summam habet rei militaris scientiam, virtutem, auctoritatem ac felicitatem: ille præ ceteris est idoneus ad bellum Mithridaticum.

Atqui Pompeius est talis.

Ergo Pompeius præ ceteris ad bellum Mithridaticum est idoneus (et per consequens etiam deligendus).

Not. *Conclusio hæc consequens sæpe in hac parte pro conclusione antecedente ponitur.* Ceterum apparet prosyllogismi huius

1. *Maiores* n. 42.

2. *Minores*, eiusque

1) *Membrum primum* de scientia rei militaris n. 42. Et huius

(1) *Probatio* n. 42.

(2) *Conclusio* sequitur demum n. 77.

2) *Membrum secundum* de virtute n. 44. Et huius

(1) *Probatio* n. 44-64.

(2) *Conclusio* n. 65.

3) *Membrum tertium* de auctoritate n. 66. Et huius

(1) *Probatio* n. 67-72.

(2) *Conclusio* sequitur demum n. 77.

4) *Membrum quartum* de felicitate n. 73-75. Et huius

(1) *Probatio* n. 76.

(2) *Conclusio* comprehenditur n. 77.

3. *Conclusio* (generalis) n. 77-78. *Quæ* amplificatur obiectione

1) *Hortensii* n. 79-80. Cui respondet n. 80-86.

2) *Q. Catuli* n. 79 et 87. Cui respondet n. 87-104.

3) *Pro confirmatione* iterum adhibetur pars vicaria, nimirum confutatio vel narratio: si nimirum res ita postulet, ut in thematibus polemicis aut historicis.

3) *Applicatio.*

De quinque confectariorum generibus supra actum est p. 35. Possunt autem confirmationi vel interferi vel subiici, etiam novis argumentis amplificari. Neque tamen necesse est, omnia semper ex vno themate deduci: sed sufficit vnum atque alterum adhibere, rei que presentium accommodare. De amplificatione confectariorum vide omnino CL. Hubn. d. I. p. 163 et seq.

4. CONCLUSIO.

Præcipuum conclusionis munus est mouere adfectus; cui ut satisfaciat orator, aperire eloquentiæ fontes omnibus viribus debet et ipse imagines rerum absentium ita animo complecti, quasi eas oculis coram cernere videatur. Vide Vosf. part. orat. I. 3. c. 9.

CAPVT

Latine Stylus est forma quae mentis nostrae excitata proportionis ad verum
in aynem qui latinis laude florent, accommodata, Waleby
De Nilo Picti.

CAPVT III
DE ELOCVTIONE.SECTIO I
DE ELOCVTIONIS GENERIBVS.

Genera elocutionis pro diuerso respectu varia sunt. Dicitur enim stilus respectu

1. **MATERIAE** vel philosophicus, vel historicus, vel epistolicus, vel oratorius, vel poeticus, vel dialogicus.
2. **LOCI** vel homileticus, vel forensis, vel curiæ, vel comicus.
3. **QUALITATIS** vel sublimis, vel mediocris, vel humilis.
4. **QUANTITATIS** vel luxurians, vel breuis, vel concisus, vel contractus.
5. **MODI** vel recitatus, vel relatiuus.

OBSERVATIONES ET EXPLICATIONES.

Schæfferus de Stylo Script.

I. RESPECTVS MATERIAE.

1. *Philosophicus* stilus perspicuitati studet ac rarius vitur figuris. Hic Ciceronis est in libris de officiis, et plerorumque eruditorum in cathedra.
2. *Historicus* medius est inter simplicem philosophicum ac superbientem oratorium; et in Nepote, Cæsare, Liuiio, Iustino, Tacito aliisque videtur. *Bernegger. edit. et Hauff. cum notis Minel. in 281.*
3. *Epistolicus* perspicuitati atque elegantia studet. Exempla eius habemus in Cicerone, Plinio, Manutio, Mureto, Paleario, Buchnero.
4. *Oratorius* ornatus est ac verborum et sententiarum floribus superbit. Cuius generis sunt Cicero, Muretus, Palearius, Cunæus, Buchnerus, Cellarius.
5. *Poeticus* a simplici et communi loquendi genere multum recedit, magnamque sibi in verbis ac figuris licentiam indulget: quemadmodum ex Virgilio, Horatio, Ouidio aliisque notum est.
6. *Dialogicus* personis ac materia se accommodat. Cicero in Catone maiore et Laelio huc referendus est, et ex recentioribus Erasmus Roterodamus et Castalio: quibus adde, si placet, colloquia nostra Terentiana.

2. RESPECTVS LÖCI.

1. *Homileticus* stilus ex concionibus sacris notus est: et eo fructuosior, quo planior.
2. *Forensis* est aduocatorum in iudiciis, et ex actis litigantium cognoscitur.
3. *Curia stilus* is vocatur, qui in curiæ negotiis ac cærimoniis adhibetur; et ex edictis; rescriptis ac libellis supplicibus patet.
4. *Comicus* in theatris vsurpatur: qualis est Plauti, Terentii, Senecæ tragicæ.

G

3. RE-

3. RESPECTVS QUALITATIS.

1. *Sublimis* stilus seu magnificus verbis magnificis, item tropis ac figuris multum vitur; et adhibetur in rebus arduis; vt sunt res caelestes, facta heroum ac principum, descriptiones pugnarum et similia. Huc referendi sunt panegyrici veteres: item Cicero in oratione Catilinaria prima et Philippicis plurimis, Virgilius in libris Aeneidos, Silius Italicus de bello Punico, Statius in libris Thebaidos et alius, Seneca tragicus; immo Liuius quoque, magnorum ducum res gestas enarrans.
2. *Mediocris* seu aequabilis est medius inter sublimem et humilem, ac propterea vltatissimus. Talis est Ciceronis in orationibus plerisque, vt pro Archia, in Catilinaria secunda et tertia, in epistolis ad diuersos: item Plinii, Nepotis, Suetonii, Ouidii in libris tristium ac de ponto, Prudentii et aliorum. Vnde adhiberi in epistolis, dedicationibus, praefationibus, programmatibus, orationibus et carminibus vulgaribus, aliisque generis huius scriptis potest.
3. *Humilis* seu tenuis humilioribus verbis vitur et in rebus humilioribus etiam adhibetur: vt sunt colloquia, comediae proprie dictae, georgica, bucolica et similia. Est autem ex hoc ordine Plautus, Terentius, Columella, Varro, Palladius, Virgilius in libris georgicorum: immo Iulius Caesar etiam stilo humiliori, etsi non plebeo aut inegalanti, bellum gallicum ac ciuile descripsit.

4. RESPECTVS QUANTITATIS.

1. *Luxurians* stilus Asiaticus vocatur antiquis: vt ex Cic. de cl. orat. c. 13. et Quintil. l. 12. c. 10. patet. Ipse Cicero, praesertim iunior, huius classis est: et, qui eum imitati sunt, Muretus ac Manutius. Vid. Vosl. instit. orat. l. 6. c. 6.
2. *Breuis* seu Rhodius, hoc est, inter Asiaticum et Atticum medius, est Ciceronis iam senioris et Iulii Caesaris.
3. *Concisus* est, quem Atticum Cicero vocat. Referri huc ex veteribus Sallustius, Seneca et Curtius possunt: ex recentioribus autem Petrus Cunaeus in orationibus, nisi forte ad Rhodum propius accedere videatur.
4. *Laconicus* contractior est, quam vt eum quis imitari facile possit: vt ex Ciceronis ad Atticum et Symmachi epistolis videmus. Tacitus autem ac Plinius iunior quasi medii inter Atticismum et Laconismum fuisse videntur.

5. RESPECTVS MODI.

1. *Recitatus* stilus est, qui vitur oratione recta.
2. *Relatiuus*, qui obliqua oratione vitur.
Sic apud Curtium l. 4. c. 14 Alexandri oratio exhibetur stilo relatiuo, a n. 1 ad 7: Darii autem recitatiuo, a n. 9 vsque ad 26.

SE-



3-BIBLIOTHEK
LE
(
THEM



SECTIO II
DE ELOCUTIONIS REQUISITIS.

Requisita elocutionis sunt

1. PURITAS : vt adhibeantur vocabula pura et phrasés probatæ.
2. PERSPICIVITAS : vt sint vocabula vsitata et propria ; et periodi
| nec breues nimis, nec iusto longiores.
3. ELEGANTIA : quam efficit concinnus verborum ordo ac nume-
| rus, accuratus phrasium delectus, apta periodorum connexio.
4. DIGNITAS : vt adhibeantur vocabula personæ, rei, temporis ac lo-
| co conuenientia.

OBSERVATIONES ET EXPLICATIONES.

I. PURITAS.

Puritati sermonis aduersatur barbarismus et solæcismus. *Barbarismus* est vocabulorum vitiosorum vsurpatio : *solæcismus*, vocabulorum per se bonorum vsurpatio vitiosa. Vid. Vosf. de vitiis sermonis lib. i. c. i. l. 9. c. 8. seqq. et part. orat. lib. 4. c. i. §. 8. seqq.

Puritas latinis dicitur latinitas. Cuius qui ex iuuenibus nostris ita, vt decet, studiosus est: consulat et cum lectione optimorum scriptorum quam diligentissime coniungat Christoph. Cellarii curas posteriores de barbarismo et idiotismo sermonis latini.

2. PERSPICIVITAS.

Vsitate vocabulis opponuntur obsoleta et noua : *propriis* autem illa, quæ eius rei nec sunt nec esse possunt ex vsu doctorum, de qua vsurpantur.

Qui *nimiam breuitatem* sectantur aut iusto longiores sunt, in obscuritatem facile incidunt.

De perspicuitate vid. Vosf. part. orat. l. 4. c. 2.

3. ELEGANTIA.

Ordo inuicturam verborum complectitur : præstatque 1) vt oratio sit suavis ac sonora, non aspera aut hiulca ; 2) vt verba suo quæque loco collocentur, nec dignius vel natura prius postponatur illi, quod indignius vel natura posterius est. Vid. Vosf. d. l. l. 5. c. 1.

Numerus oratorius est longarum ac breuium syllabarum mixtura atque temperamentum : in quo principium oportet, maxime autem finem periodorum attendi ; ac simul aurium iudicium adhiberi, quod crebra scriptorum optimorum lectione comparatur. Vid. Vosf. d. l. c. 3.

Ad *connexionem* periodorum particulæ multum valent : quæ instar calcis sunt, arenas passim fluentes continentis. Legatur Turfellini libellus de particulis linguæ latinæ.

4. DIGNITAS.

Dignitatem elocutionis in tropis et figuris ponunt veteres : quibus tamen nonnulli recentiorum *elegantiam* absolui arbitrarentur. Sed quia latius patere videntur dignitas et elegantia, quam vsus troporum atque figurarum : de his non incommode inter adimicula elocutionis agi potest ; ac dignitati interea vsus vocabulorum persona, re, tempore ac loco dignorum tribui.

SECTIO III
DE ELOCUTIONIS ADMINICVLIS.

Adminicula elocutionis præter exercitationes periodicas in parte prima suppeditatas sunt

1. **EXERCITIVM CONNECTENDI**: quod iudicando, variando, imitando, transponendo, connectendo, contrahendo ac dilatando fuscipitur.

2. **VARIATIO RHETORICA** per tropos et figuras. Sunt autem

1) *Tropi quatuor*: metaphora, metonymia, synecdoche et ironia;

2) *Figure* vel

(1) *Verborum*: vt ellipsis, asyndeton; pleonasmus, polysyndeton, synonymia, exergasia; epizeuxis, anaphora, epiphora, symploce, anadiplosis, climax, epanalepsis, antanaclasis, ploce, polyptoton, epanodos; paregmenon, paronomasia, homœoptoton, homœoteleuton.

(2) *Sententiarum*: vt occupatio, concessio, communicatio; distributio, hypotyposis, antitheton, paradiastole, antimetabole, oxymoron, digressio, reuocatio, epiphonema; præteritio, incrementum, periphrasis; epanorthosis, interrogatio, apostrophe, prosopopeia, fermocinatio, exclamatio, aposiopesis; transitio, reiectio.

3. **VARIATIO LOGICA** per locos topicos: vtpote qui recte adhibiti multiplicem variandi stili rationem suppeditant.

OBSERVATIONES ET EXPLICATIONES.

I. EXERCITIVM CONNECTENDI.

1. *Iudicando* fieri exercitium connectendi potest: hoc est, adiectione formularum certarum, quæ iudicantes vocari solent; quia de connexionem subiecti et prædicati iudicant et, quam vera aut bona ea sit, ostendunt. Eiusmodi formulæ iudicantes ex multis aliis sunt etiam sequentes:

1) *Cui convenit hoc subiectum, is habet hoc prædicatum.* E. g.

Prop. Honestarum artium studium est laudabile.

Adi. form. iudic. Qui in adsequenda honestarum artium scientia operam et industria suam collocant, singulari quadam ac præcipua laude, digni videntur. Muret. vol. I. orat. I.

2) *Tum habemus hoc prædicatum, quum nobis convenit hoc subiectum.* E. g.

Prop. Laus a laudatis viris proficiens est iucunda.

Adi. form. Ea est profecto iucunda laus, quæ ab iis proficitur, qui ipsi in laude vixerunt. Cic. ep. 15, 6, 1.

3) *Qui*

DE PLACITIS ET ACTIONIBUS

IN REBUS ET PERSONIS
ET DE IURISDICTIONE
IUDICUM ET DE
MODIS PROCURANDI
ET DE ALIIS REBUS
ET PERSONIS
ET DE IURISDICTIONE
IUDICUM ET DE
MODIS PROCURANDI
ET DE ALIIS REBUS
ET PERSONIS
ET DE IURISDICTIONE
IUDICUM ET DE
MODIS PROCURANDI
ET DE ALIIS REBUS
ET PERSONIS

DE IURISDICTIONE IUDICUM ET DE

MODIS PROCURANDI
ET DE ALIIS REBUS
ET PERSONIS
ET DE IURISDICTIONE
IUDICUM ET DE
MODIS PROCURANDI
ET DE ALIIS REBUS
ET PERSONIS
ET DE IURISDICTIONE
IUDICUM ET DE
MODIS PROCURANDI
ET DE ALIIS REBUS
ET PERSONIS



- 3) *Qui considerat hoc subiectum, is inuenit hoc predicatum.* E. g.
Prop. Vita tua calibus humanis obnoxia est.
Adi. form. Equidem de te dies noctesque, vt debeo, cogitans, casus duntaxat humanos et incertos euentus valetudinis et naturæ communis fragilitatem extimesco. Cic. pro Marc. c. 7.
- 4) *Huic subiecto præ ceteris conuenit hoc predicatum.* E. g.
Prop. Studium theologiæ est laudabile.
Adi. form. Cum omnes mihi singulari quadam ac præcipua laude digni videntur, qui in adsequenda honestarum artium scientia operam et industriam suam collocant: tum si præcipue, qui veluti maiore quodam numinis adflatu percussi, ceteris omnibus posthabitis, ad diuinarum rerum intelligentiam omnes cogitationes suas atque omnia studia contulerunt. Muret. vol. I. orat. I.
- 5) *Dici non potest, quam bene huic subiecto conueniat hoc predicatum.* E. g.
Prop. Cæsar res magnas gesit.
Adi. form. Nullius tantum est flumen ingenii, nulla dicendi aut scribendi tanta vis, tanta copia: quæ non dicam exornare, sed enarrare, C. Cæsar, res tuas gestas possit. Cic. pro Marc. c. 2.
- 6) *Absurdus sit, qui huic subiecto denegat vel tribuat hoc predicatum.* E. g.
Prop. Hæ res sunt magnæ.
Adi. form. Hæc ego nisi ita magna esse fatear, vt ea vix cuiusquam mens aut cogitatio capere possit: amens sim. Cic. pro Marc. c. 2.
Prop. Non potes mihi parare inuidiam ex mea re familiari.
Adi. form. Multum te opinio fallit, qui mihi parare putasti inuidiam ex mea re familiari. Cic. in Sallust.
- 7) *Nemo tam absurdus est, vt huic subiecto denegat vel tribuat hoc predicatum.* E. g.
Prop. Salus omnium continetur salute tua.
Adi. form. Quis est omnium tam ignarus rerum, tam rudis in republica, tam nihil vquam nec de sua nec de communi salute cogitans: qui non intelligat, tua salute contineri suam; et ex vnius tua vita pendere omnium? Cic. pro Marc. c. 7.
Prop. Hoc contingere non potuit P. Clodio viuo.
Adi. form. Quis est tam demens, qui hoc, P. Clodio viuo, contingere potuisse arbitretur? Cic. pro Mil. c. 28.
- 8) *Ego sic existimo vel nemini dubium est, huic subiecto conuenire hoc predicatum.* E. g.
Prop. Imperator instructus esse debet scientia rei militaris, virtute, auctoritate, felicitate.
Adi. form. Ego sic existimo, in summo imperatore quatuor has res inesse oportere: scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Cic. pro leg. Man. c. 10.
Prop. Plus virtute perficiet, qui tantum auctoritate perfecit.
Adi. form. Quisquam dubitabit, quid virtute perfecturus sit, qui tantum auctoritate perfecit? Cic. pro leg. Man. c. 15.
2. *Variando sit connectendi exercitium ita, vt connexio propositionis alicuius sapius permutetur.* E. g.
Prop. Litteræ tuæ mihi pergratæ fuerunt.

Variatio connexionis.

Quod ad me scripseris : id mihi tam iucundum fuit, quam quod iucundissimum.

Quod me tuis dignatus es litteris, eo nihil mihi potuit accidere gratius.

Quum tua ad me perferretur epistola, vidisfes me gaudii magnitudine gestientem.

Miram animo pensavi voluptatem, quum tua mihi redderetur epistola.

Litteræ tuæ fecerunt, vt prorsus exsilirem gaudio.

Acceptis tuis litteris incredibilis voluptas cepit animum meum.

Tam mihi dulcis tua fuit epistola : quam ea, quæ sunt dulcissima.

Qui mihi tuas reddidit litteras, is mihi magnum gaudiorum cumulum attulit.

Quidquid in animo mæoris erat, id omne protinus excusserunt litteræ tuæ.

Vix credas, quantopere in litteris tuis acquiescam.

Dici vix queat, quantum mihi lætitiæ ex litteris tuis obortum sit.

Dictu mirum est, quantum voluptatis mihi ex litteris tuis adfulserit.

Papæ! quantas lætitiæ causas nobis tuæ litteræ suppeditarunt?

Emoriar, si quidquam mihi vmquam acciderit iucundius litteris tuis.

Ita mihi feliciter omnia eueniant, vt litteris tuis nihil mihi gratius accidit.

Caue credas, rem vllam mihi accidere posse iucundioem, quam sunt litteræ tuæ.

*Lege hæc et plura eiusmodi apud Erasmm Rot. de cop. verb. l. i. c. 33.

3. *Imitando* exercitium connectendi fit, quum probati alicuius exempli connexiones alii materiæ adhibemus. E. g.

Epistola Ciceronis xviii libri xi connexiones has nouem habet : 1) Etsi, tamen 2) Autem 3) Itaque 4) Etenim quum : quis erat 5) Nec vero 6) Quis enim 6) Nec dubito 7) Sed tamen 8) Quare velim equidem 9) Sin.

Imit. Reprehendat pater filium, tempus in academia perdentem : et epistolam iisdem formulis et particulis connectat.

4. *Transponendo* exercitium connectendi fit, quum partes alicuius sermonis aut epistolæ varie transponuntur. E. g.

Cbrya sumatur, quam CL. Hubnerus quæst. orat. p. 108 exhibet, hoc modo paullulum immutatam :

Prot. Scholæ sunt vtilis.

Act. Nam in scholis iuuentus bene instituitur.

Amplificatio

1) *a contr.* Vbi vero non sunt scholæ, ibi ætas tenera facile obrutescit.

2) *a sim.* Hinc seminaria reipublicæ non incommode vocantur scholæ.

3) *ab exempl.* Illustre huius rei exemplum in illustri gymnasio Gothano habemus, vtpote ex quo iam multi viri docti prodierunt et adhuc prodeunt.

4) *a test.* Idem hoc Mazarinus confirmat, qui scholam a se institutam promoti imperii monumentum vocauit.

Concl. Vnde quam clarissime patet, curam scholarum in republica esse necessariam.

Transpositio 1.

Exempl. Mazarinus, peritissimus ille reipublicæ gerendæ Cardinalis, scholam, cuius constituendæ ipse auctor fuerat, promoti imperii monumentum appellare non dubitauit.

Contr. Et sic profecto est, vt, qui brutam in illis locis, vbi scholarum defectus aut penuria est, iuuentutem intueret;

Act.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or header.

Section of text starting with a large initial letter, possibly 'P' or 'P'.

Section of text starting with a large initial letter, possibly 'C' or 'C'.

Section of text starting with a large initial letter, possibly 'P' or 'P'.

Section of text starting with a large initial letter, possibly 'P' or 'P'.



Aet. et virtutis illa præcepta ad animum reuocat, quæ a præceptoribus suis quisque adhuc puer accepit:

Prot. non possit non fateri, ex illis rebus, quæ ciuitati profunt, publicam teneræ ætatis institutionem fere vtilissimam esse.

Sim. Seminaria reipublicæ sunt scholæ, si fateri verum voluerimus.

Concl. Quis ergo dubitabit curam hanc, posthabitis reliquis omnibus, agenda esse, vt litterarum ludi vbique et aperiantur et conferuentur:

Exempl. idque eo magis, quum illustre huius vtilitatis exemplum in gymnasio Gothano habeamus; vt pote quod permultos huc vsque viros doctos reipublicæ tam ciuili quam sacra dedit?

Transpositio 2.

Aet. Qui virtutis illa præcepta, quibus teneræ mentes in scholis bene constitutis imbuuntur, expendit:

Test. causam facile intelliget, cur Mazarinus ludum a se apertum promoti imperii monumentum vocauerit;

Concl. et quæ nostris etiam temporibus optimum quemque inducat, vt eiusmodi institutionis curam summe necessariam esse existimet.

Sim. Ita enim iudico, reipublicæ seminaria esse scholas,

Prot. adeoque inter vtilissima magistratus instituta numerandas:

Contr. nisi obbrutescere iuuentutem satius quis putet,

Exempl. quam ad imitationem ciuitatis Gothanæ arduis eam muneribus in tempore præparari.

5. *Contrahendo* exercitium connectendi fit, quum periodos plures in vnam coartamus.

E. g.

Qui ea virtutis ac sapientiæ præcepta, quæ a præceptoribus suis puer audiuit, ad animum sæpius reuocat; et præclara tot virorum merita, qui ex gymnasio Gothano ad academiam et inde tamquam ex seminario quodam ad reipublicam accesserunt, simul expendit: Mazarinum non mirabitur ludum a se apertum promoti imperii monumentum dixisse; sed vtilissimas esse scholas et a magistratu summa cura seruandas fatebitur, nisi obbrutescere vbique iuuentutem et in communem ruinam adulescere voluerit.

6. *Dilatando* exercitium connectendi fit, quum ex vna periodo conficimus plures.

E. g.

Period. Quum societas mutua hac de causa potissimum reperta fit, vt alter alteri subsidium, aut ad seruandam corporis incolumitatem aut animi bona augenda præstet: non satis mirari possum supinam tot parentum negligentiam, qui dum liberis concedunt, vt contra Pythagoræ monitum cuius dextram iniiciant, hoc est, quibuslibet coniungantur sociis; eos pastorum more, scabiosas oues ad gregem admittentium, inficiunt et corrumpunt.

Dilatatio.

Prot. Parentes non decet liberis suis concedere, vt cum quibusuis sociis conuertentur.

Aet. Quis enim ignorat, societatem inter homines hac de causa repertam esse, vt alter alteri subsidium in corporis animique bonis augendis pariter atque conferuandis ferat?

Amplificatio

1) *contr.* Est vero hoc eiusmodi, vt ab hominibus sceleratis expectari profusus nequeat: quum corrumpi potius constet fere omnes illos, qui his adhaerescere non dubitant.

2) a

2) *a sim.* Pastor sane, qui scabiosas ad gregem oues admittit, facile totum gregem inficit.

3) *a test.* Vnde recte Pythagoras: Ne cuius, inquit, dextram iniicias.

Concl. Admonendi igitur omnino parentes videntur, ne rem ad commune præsidium hominum institutam male admisissis fociis in filiorum exitium conuertant.

*Plura vide apud CL. Vinholdum de period. c. 10.

2. VARIATIO RHETORICA.

1) Tropi.

Tropus est elocutio, qua propria vocabuli significatio in alienam conuertitur. Causæ huius conuersionis tres adferri possunt: necessitas, *emphasis* et ornatus. De quibus vide Vosf, part. orat. l. 4. c. 3. Optime autem ex exemplis tam tropi quam figuræ intelliguntur: quæ propterea inter legendum ex optimis scriptoribus colligenda et identidem relegendæ sunt.

Species troporum quatuor sunt: *metaphora*, *metonymia*, *synecdoche* et *ironia*. Omnibus his definitio generalis competit, sed cum differentia aliqua specifica, vt loquuntur: in *metaphora* scilicet propter similitudinem; in *metonymia* propter relationem causæ et effectus, subiecti et adiuncti, antecedentis et consequentis; in *synecdoche* propter relationem totius et partis, generis et speciei; in *ironia* propter oppositionem.

In omni tropo tria sunt spectanda: in *metaphora* significatio propria, significatio aliena, similitudo; in *metonymia* et *synecdoche* significatio propria, significatio aliena, relatio; in *ironia* significatio propria, significatio aliena, oppositio.

His generatim præmissis nunc tropos singulos considerabimus:

1) *Metaphora* est tropus, qui vocabulum a propria significatione transfert in alienam propter similitudinem. E. g. *Iracundia* exarisi: *quum me disputantem, non lacessentem, lessisset.* Cic. ep. I, 9, 54. *Nullius tantum est flumen ingenii, nulla dicendi aut scribendi tanta vis, tanta copia: quæ, non dicam exornare, sed enarrare, C. Cæsar, res tuas gestas possit.* pro Marc. c. 2.

Not. *Metaphoræ* a variis rebus ducuntur: immo nihil est in tota rerum natura, a quo non desumi possint. Interim tamen vsus etiam cuiusque linguæ spectari debet: quoniam alios communes esse constat, alios huius vel illius generis proprios tropos. Sic *radices montis* non tantum Latini, sed Hebræi quoque dicunt: quod tamen apud Germanos prorsus inusitatum est.

Ad *metaphoram* potissimum referri possunt, quæ alioquin ex aliis quoque tropis fiunt,

1) *Allegoria* seu continuata *metaphora*. E. g. *Sedebamus in puppi, et clauum tenebamus: nunc autem vix est in sentina locus.* Cic. ep. 9, 15, 10. *Relinquere aculeum in audientium animis is demum potest, qui non pungit, sed infigit.* Plin. ep. I, 20, 13.

2) *Catachresis* seu abusus *metaphoræ*, studiose vitandus, saltem non temere nec sine veterum auctoritate adhibendus. E. g. *Noctis merides*, hoc est, *nox media.* Varro apud Nonium 6, 26. *Sperare dolorem*, hoc est, *metuere.* Virg. Aen. 4, 419. *Promisi me vltorem*, hoc est, *minatus sum.* l. 2, 96.

*De *allegoria* et *catachresi* vid. Vosf. part. orat. l. 4. c. 9.

2. Ms.



2. *Metonymia* est tropus, quo causâ pro effectu, subiectum pro adiuncto, antecedens pro consequente ponitur: et vicissim. Est ergo metonymia

1) *Causæ, et quidem*

(1) *Efficientis* pro effectu: quum ponitur (1) Inuentor et auctor pro ipsis rebus inuentis et effectis; et, qui præsidet, pro ipsâ re, cui præsidet. E. g. *Quos amissimus ciues: eos Martis vis perculit, non ira victoria.* Cic. pro Marc. c. 6. *Non Diana magis montibus, quam Minerva, inerrat.* Plin. ep. 1, 6, 3. (2) Scriptor pro libro. E. g. *Ediscat Hæliodum.* Cic. ep. 6, 19, 9. (3) Instrumentum pro rebus instrumento factis. E. g. *Vitemus oculos hominum, si linguas minus facile possumus.* Cic. ep. 9, 2, 4.

(2) *Materialis* pro rebus ex materia confectis. E. g. *Meditabar aliquid enotabamque: ut, si manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem.* Plin. ep. 1, 6, 2. *Ferrum tuetur principem: melius fides.* Sen. Trag. Octau. v. 457.

(3) *Finalis* pro effectu. E. g. *Meritos aris maculavit honores, hoc est, sacrificia* Virg. Aen. 3, 12.

2) *Effectus* pro efficiente. E. g. *Cupiditas cæca.* Cic. in Pis. c. 24. *Sudor pro labore.* Plin. ep. 3, 9, 14.

3) *Subiecti* pro adiuncto: quum ponitur

(1) *Contineas* pro re contenta. E. g. *Quid agit Comum, tuæ meæque deliciae?* Plin. ep. 1, 3, 1. *Ergastula* [seruos ergastularios] *armare.* Flor. 4, 8, 1.

(2) *Possesor* pro re possessa. E. g. *Curii villa abest non longe a me* [a villa mea]. Cic. de sen. c. 16. *Valegon ardet.* Virg. Aen. 2, 3, 1.

(3) *Dux* pro militibus. E. g. *Annibal erat apud portas.* Cic. Phil. 1, c. 5. Adde Flor. 3, 3, 4.

(4) *Signatum* pro signo. E. g. *Ennius pro statua Ennii.* Cic. pro Arch. c. 9. Adde Virg. ecl. 3, 46.

(5) *Res* pro tempore, in quo fit. E. g. *Mæsis pro æstate.* Virg. ecl. 5, 70.

4) *Adiuncti* pro subiecto: quum ponitur.

(1) *Contentum* pro re continente. E. g. *Vina pro poculis* Virg. Aen. 7, 147.

(2) *Signum* pro signato. E. g. *Toga pro pace ciuilibusque negotiis.* Cic. offic. 1, 22. *Digna res lauro, digna curru senatui visa est.* Flor. 4, 12, 53.

(3) *Abstractum* pro concreto. E. g. *Ira victoria* [hoc est, iratus victor] Cic. pro Marc. c. 6. *Suspecta virtus, inertia in pretio est.* Plin. ep. 8, 14, 7.

(4) *Tempus* pro re, quæ in tempore est. E. g. *Seruius Sulpicius maiorum continentiam diligebat, huius seculi insolentiam vituperabat.* Cic. Phil. 9, c. 6. *Traianus dicere solitus est: procul differre cunctos principes Neronis quinquennio.* Aurel. Vist. in Ner.

5) *Antecedentis* pro consequente. E. g. *Accumbere pro canare.* Cic. Verr. 7, c. 31. *Numquam labere, si te audies.* Cic. ep. 7, 2.

6) *Consequentis* pro antecedente. E. g. *Qui ad vos ab exteris nationibus venirent, captos querar: quum legati populi romani redempti sint* [capti, fuerint]? Cic. pro leg. Man. c. 12.

3. *Synecdoche* est tropus, per quem ex toto pars, ex genere species: et contra ex parte totum et ex specie genus significatur. Est vero *synecdoche*

1) *Totius* pro parte: quum ponitur

(1) Totum essentialiale pro parte essentiali. E. g. *Sustulerunt dominum meum* [hoc est, domini mei corpus]. Ioan. 20, 13. *Nudus in ignota, Palinure, iacebis arena*. Virg. Aen. 5, 871.

(2) Totum integrale pro parte integrali. E. g. *Orbis terrarum* [hoc est, romanum imperium] *imperiiis distributis ardet bello*. Cic. ep. 4, 1, 8. *Aut Aravam Partibus bibet, aut Germania Tigrim*. Virg. ecl. 1, 63.

2) *Partis* pro toto: quum ponitur

(1) Pars essentialis pro toto essentiali. E. g. *Anime carissima*. Cic. ep. 14, 14, 4. *Verbum caro factum est* [id est, homo] Ioan. 1, 14.

(2) Pars integralis pro toto integrali. E. g. *O lepidum caput!* Ter. Phorm. 3, 3, 26. *Freta pro maribus* Virg. ecl. 1, 61.

3) *Generis* pro specie. E. g. *Virtus pro fortitudine*. Cic. pro Marc. c. 2. *Religiosisissimi mortales* [hoc est, homines]. Sallust. b. cat. c. 11. *Prædicate evangelium omni creature* [id est, homini]. Marc. 16, 15.

Huc referri possunt illa exempla, in quibus ponitur

(1) Nomen commune pro proprio. E. g. *Vrbs* pro Roma. Cic. pro Marc. c. 6. *Propheta* pro Esaia, *Apostolus* pro Paulo, *Orator* pro Cicrone.

(2) Numerus pluralis pro singulari. E. g. *Præter stragem militum utraque tibi parte pereuntium extincta doni senatus tui lumina, suffixa pilo consulum capita, Catones in mortem cæctos, truncosque Cicrones, et Pompeios fleueras insepultos*. Lat. Pacar. par. eg. c. 46, 2.

(3) Numerus maior et certus pro minori et incerto. E. g. *Millies oppetere mortem, quam hæc perpeti, maluisset*. Cic. offic. 3, 31. *Sexcenta sunt, que memorem: si sit otium*. Plaut. aul. 2, 4, 41.

4) *Speciei* pro genere. E. g. *telum* pro armis. Cic. pro Mil. c. 1.

Huc referri possunt illa exempla, in quibus ponitur

(1) Nomen proprium pro communi. E. g. *Nec ille Polyctetus est, nec ego Nero*. Plin. ep. 6, 35, 9. *Irus erit subito, qui modo Cræsus eras*. Ouid. trist. 3, 7, 42.

(2) Numerus singularis pro plurali. E. g. *Romanus* pro Romanis, *Pannus* pro Pannis. Liu. 31, 50.

Not. Ad metaphoram, metonymiam et *synecdochen* referri potest *metalepsis* seu tropus multiplex in vna voce. Sic Orpheus apud Ouid. metam. 11, 1 *silvas carnine traxisse* dicitur: vbi silvas de feris, et feras de hominibus ferocis ingenii interpretantur; vt adeo metonymia et metaphora concurrant. Sic Virg. ecl. 1, 70 cinit: *post aliquot mea regna videns mirabor aristas*. Vbi *arista* pro segetibus per *synecdochen* partis, *segetes* pro ætatis per metonymiam signi, *ætates* pro annis ponuntur per *synecdochen* partis. Vid. Vosf. part. orat. l. 4. c. 9.

4. Ironia est tropus, quo per id, quod dicitur, contrarium significatur. E. g. *Nos autem viri fortes sati facere reipublicæ videmur, si istius furor em ac tela vitemus.* Cic. Caril. i. c. 1. *Egregiam vero laudem et spolia ampla refertis tuque puerque tuus: magnam et memorabile nomen, una dolo ditum si femina victa duorum est.* Virg. Aen. 4. 93.

Ad ironiam referuntur

1) *Hyperbole* seu excessus verborum circa rem, fidem vel augendo vel minuendo superans. E. g. *Habet auunculum, quo nihil verius, nihil simplicius, nihil candidius noni.* Plin. ep. 2, 9, 4. *Iuncta celo inga.* Liu. 5, 34. *Iro pauperior.* Mart. 5, 40, 9.

Not. Auxesia igitur et tapinosis complectitur hyperbole. Cauendam autem est, ne fidem rei nimis augentes vel minuentes mendacii culpam contra hamus. Interim dantur ram in sacris quam profanis litteris et quotidiana loquendi consuetudine quædam formulæ hyperbolice, in quibus verborum sensus potius quam sonus respiciendus est.

2) *Antiphrasis* seu rerum denominatio ab indole contraria. E. g. *Parca* nonnullis dicitur, quasi minime parcentes. Mart. 4, 54, 5. et Seru. ad Virg. ecl. 4, 47. Et Ptolemæus Lathurus *Philometoris* cognomentum habet: quem tamen maximo odio mater Cleopatra persecuta est. Pausan. Att. c. 9.

Not. Sarcasmus, charientisus, astesinus, diasymus, mysterismus, mimesis quum exiguum aut plane nullum usum, habeant; hoc loco omituntur.

2) *Figuræ.*

Figura est elocutio, qua orationis habitus a recta et simplici consuetudine mutatur. A tropo autem sic differt: vt hic in singulorum vocabulorum mutatione, *in einzeln Wörtern*; illa autem non in singulis vocabulis, sed in multis coniunctis adeoque in integra oratione consistat.

Figura duplex est: vna verborum, altera sententiarum. Illa est elocutio, quæ orationem exornat verbis apte et iucunde inter se resonantibus: hæc, quæ totam sententiam aliquo animi motu adfcit. Ergo illa sonum verborum respicit, hæc sensum: illa perit, si alia verba substituantur; hæc manet, licet verba permuteantur.

Figura verborum consistit in vocabulorum

1. *Defectu*: vt

1) *Ellipsis* seu significantior vnus aut plurium vocabulorum omisio. E. g. *Graviter irascor, quod a te tandem litteræ nullæ.* Plin. ep. 2, 2, 1. *Quomodo te veteres Marci tui? quomodo emtio noua?* ep. 2, 1, 1.

2) *Ayndeton* seu significantior coniunctionis copulatiuæ omisio. E. g. *Quæ homines arant, navigant, ædificant: virtuti omnia parent.* Sallust. b. cat. c. 2. *Ipse est studiosus, litteratus, etiam disertus: puer simplicitate, comitate iuuenis, senex gravitate.* Plin. ep. 6, 26, 1.

2. *Excessu*, vt

1) *Pleonasmus* seu significantior vnus aut plurium vocabulorum abundantia. E. g. *Hiscæ oculis egomet vidi.* Ter. adelp. 3, 2, 31. *Sic ore locuta est.* Virg. Aen. 1, 614.

H 2

2) *Poly-*

- 2) *Polyfyndeton* seu significantior coniunctionis copulatiuae abundantia. E.g. *Et copia rerum, et arguta diuisione, et narratiuiculis pluribus, et eloquenti varietate mea renouatur oratio.* Plin. ep. 6, 3, 8. Repertum esse scitote neminem, neque liberum, neque seruum, neque ciuem, neque peregrinum, qui illud signum auderet attingere. Cic. Verr. 6. c. 35.
- 3) *Synonymia* seu significantior vocabulorum idem denotantium congregatio. E. g. *Abiit, excessit, euasit, erupit.* Cic. Cat. 2. c. 1. *Opus est mihi voti, laboris, sollicitudinis scio.* Plin. ep. 6, 6, 1.
- 4) *Exergasia* seu significantior sententiarum idem denotantium congregatio. E. g. *Quid districus ille tuus in acie pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucra petebat? quis sensus erat armorum tuorum?* Cic. pro Lig. c. 3. *Pendeo, et exerceor spe, atque adscior metu, et me consularem esse non sentio.* Plin. ep. 6, 6, 1.

3) *Repetitione, vt*

- 1) *Epizeuxis* seu significantior vocabuli proxime vel inter proxima antecedentis in eadem sententia repetitio. E. g. *Valeant, valeant, inquit: ciues mei valeant.* Cic. pro Mil. c. 34. *Amisi enim, amisi vitæ meae testem, rectorem, magistrum.* Plin. ep. 1, 12, 12.
- 2) *Anaphora* seu significantior vocabuli in principio diuersarum sententiarum repetitio. E. g. *Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria consulatus tui.* Cic. ep. 1, 7, 22. *Sic candidatum me suffragio ornavit: sic ad omnes honores meos excessibus accucurrit, quum iam eiusmodi officiis renuntiasset: sic illo die, quo sacerdotes solent nominare, quos dignissimos sacerdotio indicant, me semper nominabat.* Plin. ep. 2, 1, 9.
- 3) *Epiphora* seu significantior vocabuli in fine diuersarum sententiarum repetitio. E. g. *Atque illud etiam audire a te cupio: quare, quum ego legem de ambitu ex senatus consulto rulerim, sine vi rulerim, saluis auspiciis rulerim; tu eam legem non esse putes.* Cic. in Vat. c. 15. *Impleuit quidem annum septimum et sexagesimum, que etas etiam robustissimis satis longa est: scio. Euasit perpetuam valetudinem: scio. Decessit superstitionibus suis; florebat republica, quæ illi omnibus suis carior erat: et hoc scio.* Plin. ep. 1, 1, 11.
- 4) *Symploce* seu significantior vocabuli vnus in principio, et alterius in fine diuersarum sententiarum repetitio. E. g. *Qui sunt, qui fœdera sepe ruperunt? Carthaginienses. Qui sunt, qui crudele bellum in Italia gesserunt? Carthaginienses. Qui sunt, qui Italiam deformauerunt? Carthaginienses. Qui sunt, qui sibi posulant ignoscere? Carthaginienses.* Ad Herenn. 4, 14.
- 5) *Anadiplosis* seu significantior vocabuli in fine prioris et principio posterioris sententiæ repetitio. E. g. *Consel videt, hic tamen viuit. Viuit? immo vero etiam in senatum venit.* Cic. cat. 1. c. 1. *Præta inde campique: campi, quorum nisi ingentes boves et fortissima aratra perfringunt.* Plin. ep. 5, 6, 17.
- 6) *Climax* seu significantior vocabuli in fine prioris et principio posterioris sententiæ et per aliquot gradus continuata repetitio. E. g. *In urbe luxuriosus creatur: ex luxuria exsultat auaritia necesse est: ex auaritia erumpat audacia: inde omnia scelera ac maleficia gignuntur.* Cic. pro Rosc. Amer. c. 27.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]





- 7) *Epanalepsis* seu significantior vocabuli in prioris sententiae principio et posterioris fine repetitio. E. g. *Vidimus tuam victoriam praeciorum exitu terminatam: gladium vagina vacuum in urbe non vidimus.* Cic. pro Marc. c. 6. *Ira scor: nec liquet mihi, an debeam; sed irascor.* Plin. ep. 2, 2, 1.
- 8) *Antanaclassis* seu significantior vocabuli in diuersa et significatione et orationis parte repetitio. E. g. *Veniam ad vos, si mihi senatus dei veniam.* Ad Herenn. 4, 14.
- 9) *Ploce* seu significantior vocabuli in diuersa quidem significatione sed eadem orationis parte repetitio. E. g. *Simia est simia, etiamsi aurea gestet insignia.* Lucian. orat. contra ineruditum.
- 10) *Polyptoton* seu significantior vocabuli variato casu repetitio. E. g. *Qui nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vitam non potest colere.* Ad Herenn. 4, 14. *Nihil audio, quod audisse: nihil dico, quod dixisse paeniteat.* Plin. ep. 1, 9, 5.
- 11) *Epanodos* seu significantior vocabulorum inuerso ordine repetitio. E. g. *Hannibal non minus in secundis aduersa, quam in aduersis secunda cogitabat.* Iust. 31, 2, 2. *Iner se ista miscenda sunt: et quiescenti agendum, et agenti quiescendum est.* Sen. ep. 3.

4. *Similitudine, vt*

- 1) *Paregmenon* seu significantior vocabulorum respectu originis similitudo. E. g. *Insidianti regi insidiae tenduntur.* Iust. 43, 4, 10. *Postquam desimus facere laudando, laudari quoque ineptum putamus.* Plin. ep. 3, 2, 3.
- 2) *Paronomasia* seu significantior vocabulorum respectu soni similitudo. E. g. *Quibus mala abunde omnia erant, sed neque spes neque res bona ulla.* Sallust. b. Cat. c. 21. *Dubito, an idem nunc tibi: quod tunc mihi, suadeam.* Plin. ep. 6, 27, 5.
- 3) *Homaeoptoton* seu significantior vocabulorum, respectu casuum per aliquot commata conuenientium, similitudo. E. g. *Diligentia comparat diuitias, negligentia corrumpit animum: et tamen, quum ita viuit, neminem praese dicit hominem.* Ad Herenn. 4, 20. *Manet imperatori, quae prior oris humanitas, dextrae verecundia. Incedebas pedibus, incedis: letaboris labore, letaris: eademque omnia illa circa te, nihil in ipso te fortuna mutauit.* Plin. pan. c. 24, 2.
- 4) *Homaeoteleton* seu significantior vocabulorum, respectu syllabarum commata aut cola claudentium, similitudo. E. g. *Numquam in acie steterunt: numquam castra viderunt: numquam denique tubarum sonum, nisi in spectaculis, audierunt.* Plin. ep. 2, 7, 1.

Figura sententiarum facit vel ad

1. *Exornationem probationis, vt*

- 1) *Occupatio* seu obiectionis alicuius anticipatio cum responsione. E. g. *Quaeres a nobis, Graecae, cur tantopere hoc homine delectemur? Quis suppeditat nobis, ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur et aures comitibus defesse conquiescant.* Cic. pro Arch. c. 6. *Dices: potes simul et rescribere actiones et componere hispaniam. Vinum! sed verumque tam magnam est, vt abunde sit alterum efficere.* Plin. ep. 5, 8, 7. Huc referri potest *Subiectio*.

3) *Concessio* seu partis certæ largitio cum exceptione aut limitatione. E. g. *Sit fur, sit sacrilegus, sit flagitiorum omni in vitiis princeps: at est bonus imperator, et felix, et ad dubia reipublicæ tempora referendus.* Cic. Verr. 7, 1.

3) *Communicatio* seu deliberatio de eo, quid faciendum sit, cum aliis suscepta. E. g. *Nunc ego, indices, iam vos consulo, quid mihi faciendum putetis: id enim scilicet mihi profectio taciti dabitur, quod egomet mihi necessario capiendum intelligo.* Cic. Verr. 2, 11. *Concipere animo potes, quam semper is fatigati: quibus toties agendum, toties altercandum, tam multi testes interrogandi, subleuandi, refutandi.* Plin. ep. 3, 9, 24.

2. *Explicationem et amplificationem, vt*

1) *Distributio* seu generis in species aut totius in partes diuisio. E. g. *P. Clodii mortem æquo animo nemo ferre potest: luget senatus; marex equestris ordo; tota ciuitas confecta seruo est; squalent municipia; ægri denique ipsi tam beneficium, tam salutarem, tam mansuetum ciuem desiderant.* Cic. pro Mil. c. 8. *Non ætas quemquam, non valetudo, non sexus retardauit; quo minus oculos insolito spectaculo impleteret. Te paruuli noscere, ostendere iuuenes, mirari senes, ægri quoque neglecto medicum imperio ad conspectum tui, quasi ad salutem sanitatemque, proropere.* Plin. pan. c. 22, 2, 3.

2) *Hypotyposis* seu rem velut ante oculos ponens demonstratio. E. g. *Videor mihi hanc urbem videre, lucem orbis terrarum atque arcem omnium gentium, subito vno incendio concidentem: cerno animo sepulta in patria miseris atque insipientibus acervis ciuium: versatur mihi ante oculos, cetera.* Cic. Cat. 4. c. 6. Adde Plin. pan. c. 27, 1, 2.

3) *Antitheton* seu ex contrariis constans oratio. E. g. *Egentes in locupletes, perditum in bonos, serui in dominos armabantur.* Cic. pro Planc. c. 35. *Homine quid aliorum amantius? quid ira infestius? Homo in adiutorium mutuum generatus est: ira in exitium. Hic congregari vult, illa discedere: hic prodesse, illa nocere: hic etiam ignotis succurrere, illa etiam carissimos petere: hic aliorum commodis vel impendere se paratus est; ira in periculum, dummodo deducat, descendere.* Sen. de ira l. 1. c. 5.

4) *Paradiastole* seu eorum, quæ vim eandem habere videntur, distinctio. E. g. *Non furem, sed ereptorem: non adulterum, sed expugnatorem pudicitia: non sacrilegum, sed hostem sacrorum religionumque: non ficiarium, sed crudelissimum carnificem ciuium factorumque in vestrum iudicium adduximus.* Cic. Verr. 3, 3. *Infestatur vitia, non homines: nec castigat errantes, sed emendat.* Plin. ep. 1, 7.

5) *Antimetabole* seu sensus ex verborum conuersione contrarius. E. g. *Esse oportet, vt viuas: non viuere, vt edas.* Ad Herenn. 4, 28. *Non domo dominus, sed domino domus honestanda est.* Cic. offic. 1, 39. *Non, quia difficilia sunt, non audemus: sed, quia non audemus, difficilia sunt.* Sen. ep. 104.

6) *Oxymoron* seu dictum acutum cum repugnantia apparente. E. g. *Quum pariantur, decernunt: quum tacent, clamant.* Cic. Cat. 1. c. 8. Adde Plin. ep. 1, 13, 4.

7) Di-

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



7) Digressio seu rei alicuius, quæ tamen ad utilitatem causæ pertinet, extra ordinem occurrens tractatio. *Exempla vide apud Cic. pro Archia. c. II. et 12 et Tul. Cæs. de b. gall. 6. l. 6. a. c. II ad 28.*

8) Reuocatio seu a digressione ad propositum reuersio. E. g. *Sed ut reuertar ad ius publicum vindicandum, quod ipsi pontifices semper non solum ad suas ceremonias, sed etiam ad populi iusfa accommodauerunt: habetis in commentariis vestris, C. Casium censorem de signo concordie dedicando ad pontificum collegium retulisse.* Cic. pro domo c. 53. A lde Cic. de orat. 2, 28.

9) Epiphonema seu pronuntiarum, quod rei narratæ aut probatæ sub finem additur. E. g. *Tantæ molis erat romanam condere gentem!* Virg. Aen. 1, 37. *Adeo illis fortior taciturnitatis cura, quam vitæ.* Iust. 44, 2, §. *Nox. Gnome, noema, ætiologia, color, imago, paradigma, comparatio, collatio, dissimilitudo et, si quæ aliæ in libellis rhetoricis apparent figuræ, ex ipso nomine intelliguntur, neque adeo operosa explanatione indigent.*

3) Exaggerationem vel extenuationem, vt

1) Præteritio seu simulatio rei prætereundæ, quæ tamen maxime dicitur. E. g. *Mitto illam primam libidinis iniuriam, mitto nefarias generi nuptias, mitto cupiditate matris expulsum matrimonium filiam: quæ nondum ad huiusce vitæ periculum, sed ad commune familie dedecus pertinebant. Nihil de alteris Oppianici nuptiis queror, cetera. Prætereo, quod, cetera. Illud primum queror, de illo scelere, quod nunc denique patefactum est, Fabriciani veneni, cetera.* Cic. pro Cluent. c. 66. Adde Plin. ep. 3, 11, 6.

2) Incrementum seu per gradus ab infimo ad summam progressio. E. g. *Facinus est vinciri ciuem romanum, scelus verberari, prope parricidium necari: quid dicam in cruce tollere?* Cic. Verr. 7, 66. *Verginium cogito: Verginium video: Verginium iam vanis imaginibus, recentibus tamen, audio, adloquor, teneo.* Plin. ep. 2, 1, 12. *Cicero in Catilina orat. l. 1. c. 27. fiscalis rationis.*

3) Periphrasis seu elegans alicuius personæ vel rei circumlocutio. E. g. *Inexplebilis honorum inanes, hoc est, ambitio.* Flor. 3, 2, 6. *Turbo ciuili insanie, hoc est, bellum ciuile.* Ibid. n. 18.

4) Concitationem adfectuum, vt

1) Epanorthosis seu dicti alicuius emendatio. E. g. *Istius fide, ac potius perfidia, decepti pro re certa spem falsam domum retulerunt.* Cic. pro Sext. Roscio c. 38. *Lachuram grauissimam feci: si iactura dicenda est tanti viri amissio.* Plin. ep. 1, 5, 1.

2) Interrogatio seu interrogatiua et fortior vel affirmatio vel negatio. E. g. *Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra?* Cic. Cat. 1. c. 1. *Quid tam circumcisum, tam breue, quam hominis vita longissima?* Plin. ep. 3, 7, 11.

3) Apostrophe seu auersio orationis ab auditoribus ad alios. E. g. *O me miserum! o infelicem! Reuocare tu me in patriam, Milo, potuisti per bos: ego te in patria per eosdem retinere non potero?* Cic. pro Mil. c. 37. *Vos, Albani tumuli etque luci; vos, inquam, imploro atque obsecro: vosque Albanorum obruta aras, sacrorum populi Romani socia et aequales, cetera.* Cic. pro Mil. c. 31.

4) Prosopopæia seu absentium, mortuorum et rerum mutarum, tamquam loquentium, iaductio. *Exempla illustria vide apud Cic. Cat. 1. c. 7 et 11.*

*(2) figura inter: epl
causæ vel eorum
sa
quid confiat.
interrogatione
cumula: quæ
confiat pluribus
interrogationibus
et vel
in dialogis: quæ
de abrem inter
fing. quæ
sunt enim ipsi aut
parag. de orat. l. 8.
non dicitur: si aut
rationibus unde
relinquuntur sine
reparationibus.*

5) *Sermocinatio* seu sermonis de alio ficti inductio. E. g. *Quid ad haec Nanius? Ridet scilicet nostram amentiam: et, quid mihi, inquit, cum ista summa san-ctimonia ac diligentia?* Cic. pro Quint. c. 17.

6) *Exclamatio* seu affectuum per particulas exclamandi siue expressas siue sub-auditas significatio. E. g. *O tempora! o mores!* Cic. cat. 1. c. 1. *O triste plane acerbumque funus! o morte ipsa mortis tempus indignius!* Plin. ep. 5. 15. 9. *Hominem te patientem, vel potius durum ac pæne crudelem, qui tam insignes libros tam diu teneas!* Plin. ep. 2. 10. 1.

7) *Apostrophe* seu subita orationis abruptio. E. g. *Quos ego: sed motus praestat componere fluctus.* Virg. Aen. 1. 139. *Diebus ac noctibus cogito, si qua me quo-que possem tollere humo victorque virum volitare per ora. Quamquam o! Sed hoc satis est, quod prope sola historia polliceri videtur.* Plin. ep. 5. 8. 3. *Met. 1. 10. ora!*

5. Connexionem, vt

1) *Transitio* seu a dictis ad dicenda progressio. E. g. *Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam.* Cic. pro leg. Man. c. 8. *Verum haec haec- nus. Quid praeterea noui? Quid? Nihil: alioqui subiungerem. Nam et charta adhuc superest, et dies seriatim patitur plura contexi. Addam, quod oportune de eodem Macedone succurrit.* Plin. ep. 3. 14. 6.

2) *Reiectio* seu rerum, quæ adduci possent, in aliud tempus aut locum alium di- latio. E. g. *Sed de Lucullo dicam alio loco: et ita dicam, Quirites, vt neque vera laus ei detracta oratione nostra, neque falsa adficta esse videatur.* Cic. pro leg. Man. c. 4. *Quid ergo senatus defendam hoc loco, iudices? Omni equidem loco debeo, ita de me est meritis ille ordo: sed id nec agitur hoc tem- pore, nec cum Postumi causa res ista coniuncta est.* Cic. pro Postum. c. 3.

3) Variatio per tropos et figuras.

Prop. Honores mutant mores.

Per tropos.

Metaphora. Magni honores optimos quoque mores facile inficiunt et conspurcant.

Metonymia. Nihil est facilius, quam immutari homines: quum magnis honoribus potiuntur.

Synecdoche. In vulgus notum est, quantum damnum honores optimis per sepe men- ribus adferant.

Ironia. Ita est, auditores; ita, credo, censetis; tam validi sunt hameri nostri, vt ma- gnos honores ferre sine mentis aut morum corruptione facile possimus.

Per figuras verborum.

Ellipsis. Quid audio? an in honoribus incorruptos mores (scilicet credere vel ser- uare quis potest)?

Affyndeton. Honoribus probi mores mutantur, corrumpuntur, euertuntur.

Pleonasmus. Quantum valeat ad corrumpendos mortalium hominum mores digni- tatis adeptio: non auribus tantum audimus, sed ipsis etiam oculis nostris saepe nu- mero videmus.

Polyyndeton. Honoribus mores et mutantur, et corrumpuntur, et euertuntur.

Synonymia. Honoribus mores non raro mutantur, corrumpuntur, euertuntur.

Exergasia. Quis est, quem fugiat, quæ honorum in mutandis moribus vis, et quan- tum ad corrumpendos mortalium, meates robur existat?

Epizeuxis

Orn: 1



Epizeuxis. Negate, negate, si potestis, dignitatis consecutione deteriores sæpe mortales factos esse: vel ipsa vos experientia satis confutabit.

Anaphora. Magna honorum in commutandis moribus vis est: magna in peruerendis hominibus potentia: magna ad corrumpendas mentes efficacia.

Epiphora. An subitam multorum hominum insolentiam admiramini? hanc effecerunt honores. Intolerabilem nonnullorum accusatis superbiam? accusate honores. Peruasum enim firmiter mihi habeo: multos meliores futuros fuisse, nisi adepti essent honores.

Symploce. Cur tantam in multis insolentiam, tantamque æstimationem sui cernimus? adepti sunt honores. Cur supra humanum sæpe modum intumescunt? adepti sunt honores. Cur contemnunt ceteros ac pro nihilo putant? adepti sunt honores.

Anadiplosis. Ad intolerabilem sæpe superbiam honores inflant mortalium animos: animos, quibus aduersam quam secundam æqua mente fortunam ferre multo facilius est.

Climax. Ita fere fieri in humanis rebus consuevit: ut, si qui honoribus digni sunt habiti, hanc dignitatem superbia, superbiam contemptus aliorum, contemptum aliorum iniuria, iniuriam sæpe crudelitas consequatur.

Spanalepsis. Videmus superbia plerumque ac ferocia intumescere, quos ex humili loco in amplissimo statu collocatos videmus.

Antanaclassis. Magna honorum, o homo, ad peruertendos mores efficacia et vis est, si non vis cupiditatibus tuis fortiter resistere.

Ploce. Tum desinunt sæpe mortales esse mortales, quum magnos sibi honores delatos vident.

Polyptoton. Honores non modo cupidinem honorum magis magisque accendunt, sed ad fastum etiam et iniurias et crudelitatem humanas sæpe mentes impellunt.

Epanodos. Superbia ad querendos honores, et honores quasi ad superbiam humanas mentes plerumque impellunt.

Paremenon. Qui honoribus digni sunt habiti: dignitate sua ita sæpe numero abutuntur, ut ceteros contemnunt nulloque loco numerent.

Paronomasia. Tument per sæpe, quos multi ob delatos honores timent. Et ex humo se conditum tunc homo facillime obliuiscitur, quum in aliquo se fastigio positum videt.

Homæoptoton. Incredible dictum est, quanta sit honorum in mutandis moribus potentia et in corrumpendis hominibus efficacia.

Homæoteleton. Hoc efficere honores non raro solent: ut boni proborum hominum mores mutantur, et male improborum mentes ad maiora flagitia ac scelera inflammentur.

Per figuras sententiarum.

Occupatio. Sed queretis a me et sciscitabimini causam, auditores: cur adeo timidi in accipiendis honoribus semper fuerint et in hunc usque diem sint, quotquot extimuerunt Deum eique se totos permiserunt? Quia cognitam atque exploratam habent humanæ conditionis imbecillitatem: sentiuntque, nihil difficilius esse, quam morum seruare integritatem in rebus prosperis et ad voluntatem nostram fluctibus.

**Subiectio.* Pulchrum est, honoribus cumulari: at periculofum. Virtutis excitant studium talia propofita præmia; verum hoc in paucis. Contendere tamen plerosque ad altiorem dignitatis gradum videmus: fed parum sæpe feliciter et cum magna probitatis iactura.

Conceffio. Ego multos homines excellenti animo et virtute præditos fummis honoribus functos esse fateor: etiam illud adiungo, non paucos talibus propofitis præmiis ita se gessisse, vt spes esset, fore, vt plurima aliquando virtutis et industriæ in se ornamenta conspicerent. Atqui idem ego contendo: quum ad summam amplitudinem peruenerunt, plures felicitate sua deteriores, quam meliores esse redditos.

Communicatio. Vestram ego hic conscientiam appello, auditores. Num ferre potuistis nonnullorum hominum superbiam et fastum, quos obscuro loco natos ad summum inter vos dignitatis gradum munificentia principis euexerat?

Distributio. Cui minus credibilia ea, quæ commemorauimus, videntur: adeat regum ac principum aulas, prouincias, vrbes ac vicos, immo ipsa templa ac scholas, sanctissima illa pietatis ac virtutum domicilia, adeat; et videbit, quid imperia, quid præfæturæ, quid consulatus, quid præturæ, quid sacerdotia ad mutandos mortalium mores possint ac valeant.

Hypotyposis. Videor mihi videre Hamanum, infensissimum illum gentis Israeliticæ aduersarium, inter strepitum ac tumultuantes comitantium sequentiumque amicorum et clientium turbas incedentem. Cerno animo oris illam oculorumque contumaciam ac superbiam. Versatur mihi ante oculos arrogantia atque erecta exæquo ceruix viri: qui tum demum adorari se et plus quam pro conditione humana coli non tam permisit, quam iussit; postquam principem inter amicos regio locum in aula Persica obtinuit.

Antitheton. Tanta dignitatis ad mutandos mores sæpe efficacia est: vt, postquam adepti eam sunt mortales, non modestiores fiant, sed arrogantiores; non ad virtutis studium, sed ad vitiorum licentiam sibi datam occasionem putent.

Paradiastole. Impedit virtutem sæpe fortuna. Vnde fortunatos, non felices; superiores, non semper meliores dico: qui celsiorem amplioremque dignitatis gradum inter ceteros mortales tenent.

Antimetabole. Augent honores ambitionem; quemadmodum ambitio id agit vnice, vt honores crescant atque augeantur.

Oxymoron. Honorum splendor virtutis dignitatem ac radios in multis obscurauit.

Digressio. Dabitur veniam, auditores: si hoc loco orationem meam nonnihil circumagam ac deflectens paullisper ab ea, quam presci hætenus, orbita, de insigni illo damno, quod multorum hominum virtutibus inferunt honores, pauca dicere ingrediar.

Reuocatio. Sed vt eo reuocetur, vnde huc declinauit, oratio: nonne nunc tandem vel ipsa experientia edocti et admoniti intelligitis, auditores; quanta illa animorum immutatio sit, quæ magnos honores quasi subsequi in plerisque consuevit?

Epiphomena. Tanta honorum ad corrumpendos mores efficacia est!

Præteritio. Non dicam, multos honoribus auctos deteriores esse factos: superbiam ac fastum Alexandri M. prætermittam. Vnum ex tanta rerum copia commemorandum mihi videtur.

Incrementum. Quod res est, dico: si dico, multorum bonos atque innocentes mores honoribus mutatos, corruptos ac plane euerfos esse.

Peri-



Periphrasis. Miserrima certe mortalium conditio est, quos et ipsa virtutum præmia in vitia scelusque non raro præcipitant. Quod cui minus credibile videtur: virum qui primus regalem inter Iudæos potestatem habuit, aut Philippi filium, magnum illum orientis domitorem, intueatur; quos ambo post tantam felicitatem rerumque multarum successus prosperos esse factos deteriores, accepimus.

Epanorthosis. Ita vtuntur vel potius abutuntur plerumque felicitate sua et honoribus mortales: vt clarum sit, vitiis hæc viam patefecisse, quæ ad virtutem fortius sectandam animum stimulare debebant.

Interrogatio. Quid certius est, auditores; quid clarius aut ad demonstrandum facilius: quam sanctissimos multorum hominum mores honoribus corruptos esse?

Apostrophe. Te ego, infelicissime Saule; te, o Ieroboame perditissime, compello: vos, vos mihi documento eritis, quantum ad corrumpeandos mortalium animos valeant honores.

Prosopopæia. Quid igitur mirum, si præcipites in sceleratorum sedem atque regionem acti flebili voce et cum luctu genitruque mihi de infelicitate vestra sic queri videmini? O satis et plus quam satis felices nos, si priuatis et sine honoribus viuere nobis in vita nostra contigisset! At nunc o miseros et æternum infelices! Sentimus enim in his flammis et sine fine sentiemus, quanta et quam graua fuerint flagitia: in quæ, dignitate atque amplitudine diuinitus concessa abusi adeoque culpa nostra, incidimus; et in quibus vt perseueraremus, nulla re alia quam cæca honorum æstimatione adducti sumus.

Sermocinatio. Quid ad hæc iuuenes nostri? Quid nobis, inquit, clarius: quam in maximo illos periculo versari, quos multi colunt et obseruant? Immo quid facilius: quam virtutis et æternæ iacturam salutis facere eos, qui honoribus a multis mortaliū et præ ceteris cumulantur?

Exclamatio. O rem indignissimam! O magnam hominum peruersitatem: qui honoribus, virtutum præmiis, ita sæpe abutuntur, vt nihil sibi non licere cum fastu et intolerabili quadam arrogancia existiment!

Aposiopesis. Nos quidem, si non ex eorum numero futurus est hic amicus noster, quæ honores consecuti veteris amicitie facile obliuiscuntur: erit omnino, quod nobis magnopere gratulemur. Sin forte: sed reprimam me, neque committam, vt nostris ipse votis videar male ominari.

Transitio. Satis mihi multa verba fecisse videor de iusta honorum æstimatione. Reat, vt illis quoque satisficiamus, qui negant, eo, virtuti esse periculosos.

Reuersio. Sed hic orationis meæ finis esto: quoniam de insigni illa ac tristi morum immutatione, quam honores magni in plerisque efficiunt, alia occasione dicturus sum.

3. VARIATIO LOGICA.

Variatio logica fit per locos topicos. Hi enim præter illum vsum, quem in thematicis atque argumentorum inuentione ac dispositione habent, multiplicem quoque variandi stili rationem suppeditant: nec parum adeo inseruiunt nouello oratori, de copia verborum et phrasium sollicito. Patebit hoc ex sequenti exemplo:

Prop. Aurora multis amica.

Variatio

1. *A notatione.* Auream si quis cum Varrone auroram dixerit: non a vero aberrare multis videbitur.

2. *A definitione.* Qui ad litteras gnaviter incumbunt: experientia edocti sunt et edocentur quotidie, ad exercenda studia nullas horas matutinis accommodatiores esse.
3. *A genere.* Optime fiunt matutino tempore omnia illa, qua ingenio animique viribus efficienda sunt.
- A specie.* Numquam aut expeditius meditabimur, aut addiscesmus celerius: quam quum horas matutinas studiis nostris consecrabimus.
4. *A toto.* Matutino tempore alacriores plerumque ad res obeundas sumus, quotquot doctrinae studio et humanitatis tenemur.
- A partibus.* Qui surgunt in tempore: ingenio vtuntur ad doctrinam capiendam promtiori, memoria ad discendum feliciori; immo ipsum corpus ad perferendas laborum molestias sentiunt alacrius.
5. *A causa efficiente.* Qui sole oriente surgunt: se ad tractanda studia alacriores, quam quouis alio tempore, sentiunt.
- A materia: et quidem*
- 1) *Circa quam.* Numquam felicius, quam tempore matutino, in legendis libris versamur.
 - 2) *In qua.* Qui sole oriente in museis suis iam occupati conspiciuntur, magnam in discendis bonis litteris percipient vtilitatem.
- A forma.* Dici non potest, quantum vtilitatis ex horis matutinis percipiant illi, qui in studiis humanitatis ac litterarum versantur.
- A fine.* Qui veram sibi ac solidam adquirere cupiunt eruditionem, horas matutinas recte debent collocare.
6. *Ab effectu.* Qui tempus matutinum meditatione et librorum optimorum lectione consumunt: habebunt aliquando, de quo sibi gratulentur.
7. *Ab adiunctis.* Non male consulunt studiis suis: qui ad galli statim cantum aut suavis-simae auium modulationibus excitati surgunt, factisque ad Deum precibus aut ad legendos libros aut ad meditandum accedunt.
8. *A circumstantiis: et quidem*
- 1) *Antecedentis.* Qui solem orientem antevertunt, egregios in litteris facient progressus.
 - 2) *Consequentis.* Qui horas matutinas ita collocarunt, vt surgentibus ceteris partem aliquam orationis iam elaborarint, aut elaboratam memoriae mandarint, aut carmen conscriptum possint ostendere: eos vberimum aliquando diligentiae suae fructum iaturos, tam certum est quam quod certissimum.
9. *Ab oppositis.* Qui sole oriente non in plumis haeret, sed missis ad Deum precibus libris suis adsidet: de tempore male collocato numquam conqueretur.
10. *A comparatis.* Diligentiae suae fructus ferent vberimos illi iuvenes, qui tamquam solertes agricolae matutinas horas suis consecrare studiis consueverunt.
11. *Ab exemplis.* Si qui sunt, qui Plinii utriusque exemplo suos ita distribuunt labores, vt eorum partem in horas etiam antelucanas reiciant: ipsa experientia edocti factentur, se nullo, quam hoc tempore, ad studia tractanda alacriores atque aptiores esse.
12. *A testimonio.* Maximos in litteris progressus facturos, quotquot ad earum studium incumbunt, certus sum: si ad se quoque putarent pertinere, quod principibus dixit poetarum graecorum princeps; *Indignum est ducibus, noctem dormire per omnem.*

CAPVT IV

DE ACTIONE.

Actio tria complectitur: memoriam, vocem et gestum.

I. MEMORIA discendo potissimum excolitur: fubleuatur tamen et

iam aliquo modo, quum orator

1) *Dispositionem* sermonis, quem dicturus est, probe tenet.

2) *Connexiones* potiores firmiter animo imprimit.

3) *Constructiones* permutare in tempore addiscit.

2. VOX pronuntiationem efficit: in qua prouidendum, vt

1) *Sonus* sit clarus, expresus, suauis.

2) *Accentus* sit efficax, conueniens, naturalis.

3. GESTVS totius corporis ac præcipuorum eius membrorum conformationem comprehendit: eoque fieri potest decentior, quo diligentius orator expendit,

1) *Quis ipse sit*, cui iam dicendum est.

2) *Quinam auditores*, ad quos dicendum est.

3) *Quenam res*, de qua dicendum est.

OBSERVATIONES ET EXPLICATIONES.

Quæ hoc loco de actione breuiter et in aliis libellis rhetoricis copiosius præcipiuntur: a naturæ benignitate potissimum petenda sunt; emendari tamen, augeri ac perfici in dies posunt et diligenti præceptoris institutione et crebra discantis exercitatione.

I. MEMORIA.

De memoria primum agimus: quia nec vox suum satis officium facere, nec gestus decens esse potest; nisi memoria teneamus, quæ dicturi sumus. Quare omnino iniungendum discipulis est, vt memoriter pronuntient, si quos habituri sermones sunt.

2. VOX.

Circa vocem in pronuntiatione duo obseruanda sunt: sonus et accentus, *der Klang und Ton*.

1. *Sonus* sit 1) *clarus*, *laut* qui audiatur. 2) *expresus*, *deutlich* qui intelligatur. 3) *suavis*, *annehmlich* qui aures demulceat. *Clarus* opponitur submisso, *expresus* obscuro, *suavis* horrido.
2. *Accentus* sit 1) *efficax*, *nachdrücklich* qui sensum verborum cum impressione indicet. 2) *conueniens*, *gehörig* qui debito loco adhibeatur. 3) *naturalis*, *ungezwungen* qui ab indole dicentis non videatur alienus. *Efficax* opponitur monotoniæ ac pronuntiationi somnolenti; *conueniens*, tono promiscuo et vago; *naturalis*, æmulationi præuæ et adfectatæ.

Not. In pronuntiando vox prorsus respondere adfectui debet. Quod si obseruetur: non potest non in lenitate esse submisâ, in grauitate inclinata, in zelo incitata, in parrhesia libera, in dolore et commiseratione inflexa atque interrupta, in amore suauis, in metu ac verecundia contracta et demissa, in alio adfectu alia. Vide hæc et similia in Summe Reu. Langii nostri schediasmate de eloquentia c. 3.

3. GESTVS.

Gestus fons et præcipuus moderator adfectus esse debet: nisi histrionum more gesticulari voluerimus. Interim tamen omnino expendere etiam oratorem decet:

1. *Quis ipse sit*, cui dicendum est; vtrum iuuenis, an vir; vtrum orator ecclesiasticus, an politicus, an scholasticus.
2. *Quiaam sint auditores*, ad quos dicendum; vtrum ætate et conditione superiores, an æquales, an inferiores.
3. *Quenam sit res*, de qua dicendum; vtrum sacra, an ciuilis; vtrum læta, an tristis; vtrum nostra, an aliena.

PARS



PARS III SIVE PRACTICA
DE VSV ELOQVENTIAE.

CAPVT I

DE VSV ELOQVENTIAE SCHOLASTICO.

IN scholis potissimum requiruntur declamationes, adlocutiones, orationes solennes, programmata, prælectiones, disputationes et prolusiones.

1. **DECLAMATIONES** vocantur illæ dicendi exercitationes, quibus iuuenes in scholis occupantur atque ad futurum vitæ vsum præparantur.

2. **ADLOCUTIONES** sunt sermones breuiores, quibus in scholis atque academiis alter alterum variis occasionibus compellare vel ad eiusmodi compellationem etiam respondere solet.

3. **ORATIONES SOLENNES** sunt sermones illi, quos in scholis atque academiis non vtilitas exercitationis, sed temporum quorundam solennitas requirit.

4. **PROGRAMMATA** sunt scripta publica, quibus variorum temporum solennitates denuntiantur.

5. **PRAELECTIONES** sunt quotidiani illi sermones, quibus artes ac disciplinæ in scholis atque academiis traduntur.

6. **DISPUTATIONES** sunt disertationes ac disceptationes de variis rebus et materiis ad veritatem cognoscendam aut communicandam susceptæ.

7. **PROLUSIONES** dicuntur sermones illi, qui nouarum prælectionum initiis, disputationibus. aliisque actibus scholasticis præmitti solent.

OBSERVATIONES ET EXPLICATIONES.

Eloquentia antiquius ex vsu græcæ et romanæ reipublicæ ad tria causarum genera referebatur, demonstratiuum, deliberatiuum et iudiciale: quibus postea nonnulli quartum addiderunt, nempe didascalicum. Habita autem nostrorum temporum ratione non incommode eius vsus vel scholasticus, vel politicus, vel ecclesiasticus, vel communis dici potest.

I. DE-

I. DECLAMATIONE.

In declamationibus *inuentio* plane libera est: in *dispositione* autem descendens; et in *elocutione* materiae ratio habenda atque inde iudicandum, vtrum stilo humili an mediocri opus sit. *Exempla* permulta reliquit nobis Quintilianus: tironibus autem illa praeter ceteris ad imitandum vtilia videntur, quae Muretus vol. 1. orat. 1 et 2 exhibet; licet per se non tam ad declamationes quam orationes solennes referenda sint.

2. ADLOCUTIONES.

Dispositio adlocutionum fieri potest per antecedens et consequens, item per thesin et hypothesein, etiam per syllogismum oratorium. *Elocutio* autem in vulgariibus argumentis stilum humilem requirit, in aliis mediocrem. *Exempla* suppeditant Muretus vol. 1. orat. 16, Cunaeus orat. 17, et Cellarius orat. 5 programmatis Citicensibus subiecta.

3. ORATIONES SOLENNES.

Disponendi modum vide supra p. 44. *Elocutio* autem stilusa plerumque mediocrem postulat. *Exempla* vide apud Muretum vol. 1. orat. 23, Cunaeam orat. 1. 2. 3. 4. 5, et Cellarium d. l. orat. 4 et 6.

4. PROGRAMMATA.

In *dispositione* cum themate generali coniungitur thema aliquod speciale: *elocutio* autem materiae accommodata, et in plerisque argumentis magis philosophica quam oratoria est. *Exempla* quam plurima et egregia leguntur apud Cellarium in programmatis Citicensibus. Vide etiam supra p. 37.

5. PRAELECTIONES.

Praelectiones quidem sunt sermones quodam modo extemporales: nihilo minus praemeditationis diligentiam requirunt, si distincte res proponere et auditoribus nostris ita, ut decet, consulere volumus. *Dispositio* igitur ac methodus ex logica peti debet: *argumenta* autem illustrantia et commouentia cum reliquo ornatu suppeditat oratoria. *Exempla* in scholis atque academiis vbiuis obuia sunt.

6. DISPUTATIONES.

Dispositionem ac methodum variam docet logica: *elocutio* autem illi disciplinae in plerisque accommodatur, ex qua desumtum argumentum est. *Exempla* in academiis non desunt.

7. PROLVSIONES.

Disponuntur, prout lubet, vel per antecedens et consequens, vel per thesin et hypothesein, vel ad modum iustae orationis. *Stilus* autem vel humilis esse potest, vel mediocris. *Exempla* magno numero Muretus habet vol. 1. orat. 3. 4. 7. 8. 9. 15. 17. 18. et alibi: item Cunaeus orat. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

CA-

CAPVT II

DE VSV ELOQVENTIAE POLITICO.

VSus eloquentiæ in politicis negotiis multiplex et varius est. Generatim autem sermones huc pertinentes dici possunt

1. **AULICI**, qui in aulis principum atque inter magnates requiruntur.
2. **CIVILES**, qui in curiis atque inter ciues requiruntur.
3. **MILITARES**, qui in bellis atque inter milites requiruntur.
4. **FORENSES**, qui in iudiciis atque inter litigantes requiruntur.

OBSERVATIONES ET EXPLICATIONES.

Dispositio fere eo melior hic est, quo breuiiores sermones producit: vt antecedens et consequens, thesis et hypothesis, syllogismus oratorius. *Exempla* sermonum aulicorum occurrunt apud Muretum vol. 1. orat. 5. 6. 11. 12. 13. 14; et reliquorum generum in concionibus ciuilibus post editionem Batauam et Lipsiensem superiorem a Christophoro Cellario auctis et in meliorem ordinem redactis Lipsiæ 1690, 12. Breues maximam partem hæ conciones sunt et quædam etiam dignæ, vt iuuenibus stilum puriorum exercitibus ediscendæ atque inter commilitones exercitii loco prouuntiandæ sæpius proponantur.

CAPVT III

DE VSV ELOQVENTIAE ECCLESIASTICO.

MVneris ecclesiastici pars magna in dicendo et scribendo consistit. Orationes autem, quæ hic requiruntur, sunt

1. **CONCIONES** sacræ longiores, publico loco plerumque et inter multos habendæ.
2. **SERMONES** theologici breuiiores, loco publico aut priuato et tamen ad paucos aut singulos quam ad plures habendi.

OBSERVATIONES ET EXPLICATIONES.

Breuiori hic esse eloquentiæ magistro licet: quoniam ea, quæ proprie oratorem sacrum instruunt, non tam huius loci sunt, quam academicorum subcelliorum negotiorum. Obseruent modo tirones, *conciones longiores* fere sic tractari, quemadmodum de orationibus p. 44 dictum est: *sermones autem breuiiores* disponi vel per antecedens et consequens, vel per thesin et hypothesis, vel per syllogismum oratorium. *Exempla* partim in ædibus sacris audire licet, partim scriptis publicis proposita legere.

K

CA-

CAPVT IV

DE VSV ELOQVENTIAE COMMVNI.

AD hanc classem referri possunt ea sermonum et scriptorum genera; quorum vsus est communior, neque in scholis tantum, sed politica etiam et ecclesia obuius: vt sunt epistolæ, parentationes, panegyrici, curricula vitæ, inscriptiones et carmina.

1. **EPISTOLAE** sunt sermones absentium ad absentes perscripti. Genera epistolarum sunt quatuor, et quidem

- 1) *Demonstratiuum*: quo referuntur epistolæ laudatoriæ, reprehensoriæ, gratulatoriæ, gratiarum actoriæ, dedicatoriæ.
- 2) *Deliberatiuum*: quo referuntur epistolæ suasoriæ, disuasoriæ, hortatoriæ, dehortatoriæ, petitoriæ, commendaticiæ, communicatoriæ, consolatoriæ, officiosæ, conciliatoriæ, mandatoriæ, disputatoriæ.
- 3) *Iudicialis*: quo referuntur epistolæ accusatoriæ, expostulatoriæ, querulæ, comminatoriæ, purgatoriæ.
- 4) *Didascalicum*: quo referuntur epistolæ didascalicæ, nuntiatoriæ, denuntiatoriæ, ænigmaticæ

2. **PARENTATIONES** sunt sermones lugubres, memoriæ defunctorum dicati: quorum argumentum ac thema generale est

- 1) *Laudatio* defuncti, si quam meruit.
- 2) *Consolatio* lugentium, qui erigendi sunt.
- 3) *Gratiarum actio*, comitibus funeris debita.

3. **PANEGYRICI** sunt sermones laudatiui, virtutibus atque honori principum et magnatum dicati, et in consensu illustri ad multitudinem congregatam recitandi: quorum argumentum vel in expositione totius vitæ consistit, vel in singularis alicuius facti laudatione.

4. **CURRICULA VITAE** sunt sermones vitam hominis enarrantes: quorum argumentum consistit in enarratione rerum in vita hominis ab eius ortu ad exitum maxime notabilium, crebris meditationibus amplificanda.

5. **INSCRIPTIONES** sunt sermones soluti, verbis argutis laudem plerumque vel vituperium hominis, facti aut rei exhibentes.

6. **CARMINA** sunt sermones ligati, numeris suis ac mensura certa constantes.

OBSER-



OBSERVATIONES ET EXPLICATIONES.

I. EPISTOLAE.

Dispositio epistolarum fit per antecedens et consequens: aut in copiosiore gratulatione, consolatione, dedicatione aliisque epistolis solennioribus per thesin et hypothesin, chriam vel ita etiam, vt ad iustæ orationis modum quam proximæ accedere videatur. *Elocutio* in plerisque stilum humilem postulat, in solennioribus vero medio crem. *Exempla* apud Ciceronem, Plinium aliosque recentiores inveniuntur. Collegit talia et ad certas clases retulit Morhofius in libello de ratione conscribendarum epistolarum p. 64 seqq. et p. 284 seqq.

2. PARENTATIONES.

Dispositio fit vel antecedens et consequens, vel per thesin et hypothesin, vel ad modum iustæ orationis. *Elocutio* stilum personæ ac materiæ accommodat. *Exempla* Cunæus habet orat. 13. 14. 15. 16: et Cellarius orat. 1. 2. 3. Vide etiam supra p. 38.

3. PANEGRICI.

Dispositio fit per modum iustæ orationis: *elocutio* autem stilum sublimem ac magnificum requirit. *Exempla* antiqua nobis reliquerunt Plinius iunior, Mamertinus, Eumenius, Nazarius, Aufonius et Latinus Pacatus: quibus addi non sine fructu Buchneri ac Cellarii orationes academicae possunt.

4. CVRRICVLA VITAE.

Dispositio horum sermonum est arbitraria: sed ea tamen maxime naturalis, quæ ab vna ætatis parte ad aliam progreditur. *Elocutio* stilo humili vtitur et interdum etiam mediocri. *Exempla* huius generis concionibus funebribus plerumque subiiciuntur: nec raro argumentum sunt programmatum illorum, quæ funeribus clarorum virorum solent præmitti. Adi etiam Adamum, Wittenium et alios biographos tam veteres quam recentiores.

5. INSCRIPTIIONES.

Inuentio hic multum adiumenti habet ex locis circumstantiarum, oppositorum, comparatorum ac testimoniorum. *Dispositio* arbitraria est et e materiæ tractandæ consideratione maxime desumenda. *Elocutio* breuitatem stili postulat. *Exempla* Petrus Labbeus habet in elogiis, Iacobus Masenius in arte argutiarum, et Christianus Weisius in poeti modernorum politicorum.

6. CARMINA.

Inuentio hic varia est et a felicitate ingenii potissimum petenda: *dispositio* arbitraria et cum soluta oratione in plerisque conueniens: *elocutio* autem plane singularis et a communi ac simplici loquendi ratione multum discrepans. *Exempla* poetarum veterum ac recentiorum notiora sunt, quam vt peculiari commemoratione videantur indigere. Ex præcipuis fasciculum græcum et latinum ipse collegi et ad innoxium scholasticæ iuuentutis vsum accommodare studui Halæ 1713 et 1715, 8.

INDEX RERVM.

A.		conciliantia seu insinuantia	
A ccentus	69. 70		18. 19. 23. 28
Actio	69. 70	commouentia	18. 19. 23. 29
Adtectus	19. 23. 29	Asteismus	59
est fons et moderatōr gestus	70	Afyndeton	52. 59. 64
		Auxesis	59
Adiectio synonymorum, epithetorum, contrariorum, circumstantiarum	6. 8	B.	
Adiuncta , locus topicus	20. 22. 24. 26. 27. 68	Barbarismus	51
		Basis dispositionis artificialis	36
Adlocutiones	71. 72	Breuitas nimia	51
Adminicula elocutionis	52	C.	
Aequiuocatio	20. 21. 26	Cambyſis feueritas	43
Aetiologia	31. 32. 63	Canones	20. 22
Allegoria	56	Captatio beneuolentiæ	44. 48
Amplificatio varia	6. 3. 32	Carmina	74
Anadiploſis	52. 60. 65	Catachreſis	56
Anagramma	20. 21	Cauſa efficiens, materialis, formalis, finalis	20. 21. 24. 26. 27. 68
Anaphora	52. 60. 65	Cellarii curæ poſteriores	51
Antanaclasiſ	52. 60. 65	Charietiſmus	59
Antecedens et conſequens	34	Chria	31
Antecedentia	27. 22. 63	practica et Aphthoniana	32
Antimetabole	52. 62. 66	principalis et accesſoria	33
Antiphrasiſ	59	Chriſtiani II, electoris Saxonix, dictum	22
Antitheton	52. 62. 66	Circumſtantiæ, locus topicus	6. 8. 20. 22. 24. 26. 68
Apodofiſ periodi	5	Climax	52. 60. 65
Apophthegmata	20. 22	Collatio	63
Apophiſeſis	52. 64. 67	Colon	11. 12
Apoſtrophe	52. 63. 67	Color	63
Applicatio	44. 48	Comitantia	20. 22
Argumenta docentia	18. 19. 23. 27	Comma	11. 14
plicantia, probantia, illuſtrantia, applicantia	18. 19. 23. 27	Com-	
perſuadentia	18. 19. 23. 27		

INDEX RERVM.

Communicatio	52. 62. 65	pro lege Manilia	47
Comparata, locus topicus	20. 22.	exordii	44. 45
	24. 68	parentationis	38
Comparatio	63	programmatis	37
Compositio periodi	6	Disputationes	71. 72.
Concessio	52. 62. 66	Disimilia	20. 22.
Conciones ciuiles	73	Disimilitudo	63
facræ	73	Distinctio periodi	11
Conclusio chriæ	31. 33	Distinguendi fundamentum et	
fyllogismi oratorii	42	norma	11. 12
orationis	44. 48	Distributio	52. 62. 66
Confirmatio	44. 46	Doctrina, fons inuentionis	20. 21
Confutatio, pars vicaria	48	E.	
Connectendi exercitium	52	Effectus, locus topicus	20. 22. 24.
Connexio antecedentis et conse-			26. 27. 68
quentis	34	Elegantia stili	51
Confectaria	23. 25	Ellipsis	52. 59. 64
Consequentia	20. 68	Elocutionis genera	49
Constitutio periodi	4	requisita	51
Contractio sermonis	55	adminicula	52
Contraria	6	Eloquentiæ præexercitamenta	4
Curricula vitæ	74. 75	præcepta	28
D.		vſus	71
Declamationes	71. 72	Emblemata	20. 22
Dedicatio academiæ Fridericianæ		Enuntiatio	18. 19
	24	Enuntiationes oppositæ	20. 22
Definitio et descriptio, locus topi-		Epanalepsis	52. 61. 65
cus	20. 21. 24. 26. 68	Epanodos	52. 61. 65
Deriuatio	20. 21. 26	Epanorthosis	52. 63. 67
Diaſyrmus	59	Epiphonema	52. 63. 66
Dicta biblica	20. 22. 25. 27. 38	Epiphora	52. 60. 65
Dictum	18. 19	Epistolæ	74. 75
Dignitas elocutionis	51	Epitheta	6
Digressio	52. 63. 66	Epizeuxis	52. 60. 65
Dilatatio periodi	55	Ἐγὼν iuuentutis	38
Dispositio	31	Excerpta	20. 21
confirmationis ex orat. Cic.		Exclamatio	52. 64. 67
		K 3	
		Exem-	

INDEX RERUM

Exempla, locus topicus	20. 22. 25.	Honores mutant mores	8. 64
	27. 68	Hyperbole	59
Exercitium connectendi	52	Hypothesis	36. 37
vertendi	17	Hypotyposis	52. 62. 66
Exergasia	52. 60. 64	I.	
Exordium orationis	44	Imago	63
Experientia, fons inuentionis	20.	Imitatio periodi	16. 17
	21	connexionum	54
Explicatio verbalis et realis	26	Incrementum	52. 63. 66
Extensio, <i>τάσις</i>	5	Inscriptiones	20. 22
F.		Interpretatio periodi	16. 17
Factum	18. 19	Interrogatio	52. 63. 67
Ferdinandi dictum	43	Inuentio	18
Figura verborum	52. 59	thematum	23. 24
fententiarum	52. 59. 61	argumentorum	23. 26
differt a tropo	59	Inuentionis obiectum	18
Finis, locus topicus	20. 21. 24. 26.	fontes	29
	27. 68	modus	23
Finis exordii	44	Inuentum	18. 9
Fontes inuentionis	20	Ironia	52. 59. 64
Forma, locus topicus	20. 21. 24. 26.	Iudicantes formulæ	52
	27. 68	L.	
Formula initialis et finalis	34. 35	Leges	20. 22
Formulæ iudicantes	52. 53	Loci communes	20. 21
Friderici, regis Borussiae, symbolum	23	topici	20. 21. 26. 27. 52. 67
Fundamentum periodi	4	M.	
distinguendi	11. 12	Materia ex qua, circa quam, in qua	20. 21. 26. 68
G.		Memoria	69
Genera causarum	71	est excolenda	31. 33.
elocutionis seu stili	49	Metalepsis	58
Genus et species, locus topicus	20. 21. 24. 26. 27. 68	Metaphora	52. 56. 64
Geographiæ antiquæ studium	46	Metonymia	52. 57. 64
Gestus	69. 70	Meyerus defunctus	39
Gnome	63	Mimesis	59
H.		Misericordiæ adfectus	29. 30
Homœoptoton	52. 61. 65	Modus inuentionis	23
Homœoteleuton	52. 61. 65	Mysterismus,	59
		Narratio,	

INDEX RERVM.

N.		concessiuæ, conditionales,
Narratio, pars vicaria	48	consecutiua, relatiua, ad-
Noema	63	uerfatiua, explanatiua, co-
Norma distinguendi	11. 12	pulatiua, disiunctiua 7. 10
Notatio, locus topicus	20. 21. 24. 26. 67	Particularum vsus 51
Numerus oratorius	51	Partitio confirmationis 44. 45
O.		Peccatum mortale ac veniale 26
Obiectum inuentionis	18. 9	Periodi constitutio 4
personale et reale	20. 21	definitio, fundamentum et
Occupatio	52. 61. 65	genera 4. 5
Opposita, locus topicus	20. 22. 27. 68	compositio 6
Oratio	44	distinctio 11
Orationes solennes	71. 72	transformatio 16
Oratoriæ conspectus generalis	3	resolutio 16
pars propædeutica	4	imitatio, interpretatio, per-
pars dogmatica	18	mutatio 16. 17
pars practica	71	Periodicum 5
definitio	3	Periodus simplex et composita 4. 5
Ordo verborum	51	causalis, comparatiua 6. 10
Oxymoron	52. 62. 66	concessiua, conditionalis,
P.		consecutiua, relatiua, ad-
Panegyrici	74. 75	uerfatiua, explanatiua, co-
Panegyricus Plinii	19	pulatiua, disiunctiua 7. 10
Paradiastole	52. 62. 66	Periphrasis 52. 63. 67
Paradigma	63	Permutatio periodi 16. 17
Paregmenon	52. 61. 65	Perspiciuitas stili 51
Parentationes	74. 75. 38	Pleonasmus 52. 59. 64
Parenthesis	15	Ploce 52. 67. 65
Paronomasia	52. 61. 65	Πνεῦμα, spiritus 5
Pars et totum, locus topicus	20. 21. 24. 26. 68	Polyptoton 52. 61. 65
Pars essentialis et integralis	58	Polylyndeton 52. 60. 64
Pars oratoriæ propædeutica	3	Prælectiones 71. 72
dogmatica	18	Præteritio 52. 63. 66
practica	71	Principia 20. 22
Particulæ causales et comparati-	6. 10	Probabilismus 20
uæ	6. 10	Programmata 71. 72. 37
		Profusiones 71. 72
		Propositio logica 4. 5
		orationis 44. 45
		Prosopopœia 52. 63. 67
		Protasis et apodosis periodi 5
		Protasis chriæ 31. 32
		Pro-

INDEX RERVM.

Prouerbia	20. 22	Tapinosis	T.	59
Punctum	11. 12	Taxis, extensio		5
Puritas stili	51	Terminus		18. 19
	Q.	Termini oppositi		20. 22
Quaestio	18. 19	Testimonia, locus topicus	20. 22. 25. 27. 68	
	R.	Thema rhetoricum et hermeneuticum,		
Realia absurda	21. 41	generale et speciale		18. 19
Reiectio	52. 64. 67	Thesis et hypothecus		36. 37
Religio armis non propaganda	33	Totum et pars, locus topicus	20. 21. 24.	26. 68
Requisita elocutionis	51	Totum esentielle et integrale		58
Resolutio periodi	16. 25	Tractatio orationis		44. 45
Renocatio	52. 63. 66	Transformatio periodi		16
	S.	Transitio		52. 64. 67
Sarcasmus	59	Transpositio partium sermonis		54. 55.
Semicolon	11. 12			33. 42
Sententia	20. 22	Tropi		52. 56. 64
Sermocinatio	52. 64. 67	Tropus a figura differt		59
Similia	20. 22. 27		V.	
Signum interrogationis	11. 14	Variatio grammatica		6. 9
exclamationis, parentheseos, exclu-		rhetorica		52. 56. 64
sionis	11. 15	logica		52. 67
Solœcismus	51	connexionum		53
Sonus	69. 70	Verba notabilia		20. 22
Species et genus, locus topicus	20. 21. 24.	Vertendi exercitium		17
	26. 68	Vnci		15
Spiritus, πνεῦμα	5	Vnum necessarium iuuentutis		38
Stili genera	49. 50	Voluptas fugienda		46
Studia litteraria profuunt ecclesiae	36. 37	Vox		69. 70
Subiectio	61. 66	Vfus eloquentiae scholasticus		71
Subiectum	20. 21	politicus		73
Sylogismus oratorius	42	ecclesiasticus		73
Symbola	20. 22	communis		74
Symploce	52. 60. 65	Vfus particularum		51
Synecdoche	52. 58. 64			
Synonyma	6			
Synonymia	20. 21. 26. 52. 60. 64			

FINIS.

CORRIGENDA.

Pag. 10. lin. 9 lege: ep. 4, 6, 12. et in fine: 2, 13, 1. l. 18: Cat. 2. l. 25: Cic. ep. 2, 19, 2. l. 28: ep. 14, 3, 4. l. 34: Cic. ep. 11, 15, 4. p. 19. l. 26: a Christophoro. p. 39. l. 20: Tob. l. 20: Sap. 2, 6. p. 45. l. 35: tamen. p. 52. l. 6 dele: connectendo.



Ugc 985 z


ULB Halle

3

001 583 069







da, *Rep. 37*

HIERONYMI FREYERI
PAED. REG. CLAVCH. INPS.
ORATORIA
IN *3/4 Baum*
TABVLAS COMPENDIARIAS
REDACTA ET AD VSVM IUVEN-
TVTIS SCHOLASTICAE AC-
COMMODATA.



HALAE MAGDEBURGICAE

SVMTIBVS ORPHANOTROPHEI

ANNO MDCCXIX.

